



1599





Defensio

PHILOSOPHICA
EXCELLENTISSIMI

Philosophi, Rudolphi Goclenii,
Professoris Logici,


Aduersus Danielem Hofmannum.

A QVIBVSDAM EIVS
discipulis collecta.

AVCTA ET EDITA

a

M. CONRADO GUMPELLIO
Gullensi.



*Nil tam decet Philosophum quam
Modestia.*

Apud Petrum Mareschallum Bibliopolam.

Anno Christi

M. D. XCVII.

e

PHILOSOPHICA
EXCELLENTISSIMA
Philosophi Rudolphi Goclenii
Professoris Logici

A. QUIRINUS DAMIANUS
discipulus collecta

AVCTA ET EDITA

M. CONRADO GAMBERLINO
Gallensi

Nil tam deest Philosophorum quum
Apostolice
Apud Petrum Martellianum Bibliopolum
Aano Christi

M. D. XCIII.

6





M. CONRADVS GVM-
PELLIVS LECTORI SA-
LVTEM PLVRIMAM.

Hitæ sunt pagellæ quædam ab
auditoribus Dn. Danielis Hof-
manni de vsu & applicatione
notionum logicarum ad res diuinas &
prædicationibus inusitatis contra Cla-
rissimum virum Rudolphum Gocle-
nium. Quas cum comparassem cum
huius Problematis, quæ satis immode-
ste in iis perstringuntur, visum mihi
fuit operæ pretium, si Dominus Go-
clenius opposita responsione quædam
plenius & fusius explicaret, & obiecti-
ones quasdam e Scholasticis compi-
latas dilueret. Ad vnum igitur atque
alterum ex amicis meis in Academia
Cattorum scripsi, vt Dn. Goclenium
ad responsionem incitarent, qui cum
responderent mihi, Goclenium nolle
cum aduersariis, qui linguæ intempe-
rantioris essent, disceptare: satis sibi
esse, si oblatæ occasione publice & pri-

P R A E F A T I O

uatim eos refutaret. Petii postea ab eis, ut quicquid ex Goclenii disputationibus, orationibus & praelectionibus colligere possint, quod argumento proposito esset contentaneum, mecum communicarent, Quod petii, obtinui: Miserunt enim mihi informata quaedam Problemata, disputationem unam atq; alteram, & orationem publice ab eo habitam, quae admonitioni auctorum Hofmanni utiliter meo quidam iudicio opponi possunt. Ego quidem mei acuendi & veritatis logicae propugnandae causa collectanea illa in ordinem quendam digessi, & amplificaui & typographo excudenda dedi, sperans hoc nec Logicae studiosis ingratum, nec ipsi Dn. Goclenio aduersum fore, quem quidem amanter oro, ut mihi hanc det veniam, quam veritatis Patronus sibi dari petit. Tuum est candide Lector, ut hic sis tuus (Deus enim eos, qui doctrinarum studiosi sunt suos esse voluit, ipsorumq; intellectum rerum dominum constituit) hoc est, *ἀνευ ἀπορίμων* ad hanc defensionem legendam accedas,
omnia

AD LECTOREM.

omnia & singula sub iudicium tuum
voces, & veritati mecum patrocinere.
Gullæ. Calend. Martii, An-
no 1597.





INDEX SINGVLORVM
APOLOGIÆ GOELENIANÆ
CAPITVM.

- A**N ad eundem attributionis modum re-
duci possint enuntiationes rerum genere
differentium. Affirmat. 1.
- An Logicus simpliciter & prorsus negligat
modos essendi? 4.
- An sit Prædicatio inusitata, Deus est Spiritus.
Negatur. 6.
- An Deus conueniat cum creaturis genere Lo-
gico. Affirm. 8.
- Cum Deus infinite distet a creaturis, quomodo
sub vno categorias genere cum creaturis
contineri possit? 13.
- Quomodo reduci Deus ad categoriam possit,
cum sit infinitus & ἀκατάλητος? 15.
- Ἀνάβασις ad genus logicum. 17.
- Quenam Deo quidditas tribuatur per genus
Logicum, si hoc illi tribuatur. 20.
- An Deus habeat genus. 23.
- An ita distet Deus a creaturis, vt nulla σῆσις
inter Deum & creaturas interueniat? 25.
- Ex eo, quod omnia sint entia per participatio-
nem primi entis, sequiturne reductio Dei
ad



ELENCHVS QVÆSTIONVM.

- ad vnum genus cum creaturis. 28.
Explicatio dicti Dionysij, Deus est & omnia
& nihil.
An ideo sentiat Coclenius, Deum cum creatu-
ris sub vnum genus reducendum, vt inusi-
tatarum prædicationum reductionem tueri
possit? 32.
Quomodo a recentioribus certamen de inusi-
tatis prædicationibus renouatum sit? 34.
An oppositum (vt disparatum vel aduersum,)
possit fieri diuersum? 37.
An definitio, hoc est, descriptio possit esse e di-
sparatis & differentia? 40.
An vetus homo & nouus homo sint concreta,
caro & spiritus abstracta? 41.
An concretum qua concretum, sit in subiecto,
vt an album qua album sit in pariete? 42.
An Deus sit ens & quomodo? & an finiti et in-
finiti sit inter se proportio? 44.
An inusitata sit prædicatione, Deus est homo? 50.
An propositio Physice inusitata, possit esse Lo-
gice vsitata?
An mysteria, qua rationem nostram excedunt,
possint enuntiari logice? 58.
An res singularis modo prædicandi vsitato &
regulari enuntiari possit? 59.
An inepta sit reductio huius, Christus est com-

ELENCHVS QVÆSTIONVM.

positus ex λόγῳ & humana natura, ad lo-
gicam κατηγορίαν seu prædicationem? 65.
An hæc, Filius Dei est homo, sit tropo affecta.
Negat. 67.

Αν λεγόμενα κατ' ιδιωμάτων κοινωίαν seu
τρόπον ἀντιδόσεως, ut filius Dei est mor-
tuus, sint dicta per Synecdochen? 69.
An ex logicis notionibus compositum sit hoc
axioma, λόγος est Deus? 74.

RODOL.





R O D O L P H I

GOCLENII, PROFESSORIS

PHILOSOPHICI ACADEMIÆ

Marpurgensis,

Apologia,

Admonitioni Hoffmannicæ ab audi-
toribus eius

Opposita.

Ad distinct. 1. & 2. de Problemate 51. libr. 3.

An ad eundem Attributionis modum reduci
possint enuntiationes rerum genere
differentium?

Affirmatur.



ECTOREM LIBERO ET
ingenuo animo, non per-
turbatum liuore requiro.

Propositio.

Enuntiationes duas rerum
genere diuersarum (vt *Callias est: Deus est:*
Callias est homo: Deus est spiritus) ad eun-
dem *κατηγορίας* modum (vt *καθ' αὐτό*)
reduci posse negat Admonitio: affir-
mant contra Goclenii *ἀποατά*, imo ve-
ro non hi, sed Aristoteles, sed Zabarel-

A

Tractatio.

la, viri, qui & quanti! Diuersos essendi Dei & essentiæ creatæ modos non considerare Logicum negat Admonitio: quod discipuli Goclenii aiunt, contestatur Aristoteles, Zabarella comprobabat. Annon enim in Topicis Aristoteles hanc, *An Deus facit iniuriam*, ad Problema accidentis refert, vt istam: *An Socrates iniuriam faciat* (quo & hæc Pauli Apostoli: *Num Deus sit iniustus*: referenda est) etsi Deus longe eminentiore modo sit, quam Socrates?

Annon Aristoteles *initio 2. posteriorum Analyticorum* afferens exempla hæc quæstionis *An sit: an Centaurus sit: an Deus sit*, Dei & omnium aliarum rerum, imo & figmentorum ὑπαρξιν seu existentiam sub vnum enūtiationis genus reduxit, & sub vnam quæstionem, quæ vocatur *An sit?* Qui hoc fecisset, quæso, si ad logicam proprie pertinere statuisset considerationem diuersorum illorum per se essendi modorum ac conditionum, quas τὰ μετὰ τὰ φυσικά exquisite explicant. Quid quæris? Audi Zabarellæ hanc, *Deus est*, ad tertium modum dicendi per se redigentis vocem tanquã
ora,

oraculi logici: *Si quispiam dicat, alium esse modum, quo Deus per se est, alium, quo reliqua mentes, alium, quo corpora: dicendum est, eos quidem esse diuersos per se essendi modos: Sed tamen ea ratione, qua ex eis enuntiatio constituitur (Deus est: Socrates est) unum fieri modum dicendi per se, non plures, eumq; ordine tertium ab Aristotele positum fuisse. Quia ad logicum non pertinet considerare diuersos illos modos essendi, sed ad primum Philosophum, hoc est, Metaphysicum. Haetenus Zabarella lib. I. de propositionibus necessariis.*

Excute nunc sincere Lector mentis tuae intelligentiam, & cogita tecum, malisne cum Zabarella Philosopho Christiano & pio etiam, qui omnem suam vitam in Philosophia & Logica contriuit, an cum illo, qui ὀπιπολαίως eam attigit, sentire? Vbi in qua parte, quaeso, logices docetur modus τῆ εἶναι Dei, & modus τῆ εἶναι creaturae? id est, quod Deus sit simpliciter necessario & independenter? Sol vero sit contingenter & dependenter? Nuspiam sane. Ex Metaphysico & Theologo hoc disces, non aliunde, non ex logico, qua logicus. Requiritur igitur ab Aristarchis

nostris contra nostram affirmationem
vnum saltem Philosophi alicuius pro-
bati testimonium, & interim conclu-
dimus hic, *Deus est essentia, &, Angelus est
essentia*, Logicum, qua Logicus est, non
considerare diuerfos essendi modos,
sed acquiescere in eo, quod vterq; est
Quiditatius, vt loquuntur Scholastici,
rerum, quam vocum elegantia, studio-
siores, hoc est, Logicum non docere, a-
lio modo, *Deus est*, alio modo, *Gabriel an-
gelus*, alio modo, *forma inherēs in materia*.

*At querat hic aliquis, an logicus simpli-
citer & prorsus negligat modos
Essendi?*

ID vero pernegamus. Aristoteles e-
nim in posterioribus analyticis con-
siderat modos enuntiandi, pro vt a mo-
dis essendi deriuantur, & cum iis con-
ueniunt, seu considerat modos essendi,
pro vt inde varii modi enuntiandi de-
ducuntur & nominantur. Tales n. ei oēs
sūt modi ppositionū, q̄ dicuntur vel Per
se vel Per accidēs: Pro vt res ipsa, quam
nos enuntiamus, p se vel ex accidente esse
dicitur. Nā ex eo quod res ipsa est p se,
vel non

vel nō per se, nostra enūtiatio nomē sumit. Zabarell. de modis dicēdi p se. Itaq; hæ, Deus est spiritus, Angelus est spiritus p̄dicatiōnes p se sunt: Hæ: Angelus est bonus: Deus hodie a multis ignominia afficitur: p̄dicatiōnis p accidēs sūt: vt hæc, Hic homo est, p se est: Hæc, albedo est, per accidens est.

Missis reliquis, quæ feriunt aerem, & conuitiis, quibus Socraticus & Christianus Philotophus non mouetur, ad tertiam progredimur: Etsi meminimus nostri Ἀγαλογισμὸν illum, quem expressit ei Admonitionis ὑπεραπελία. Vt quiescitis manes Schegkiani & Zabarelliani? Prodi ex inferis Zabarella. Requiritur a te vt Logico, exacta conformatio modorum enūtiandi ad modos essendi. Quid respondes? Egone vt Logicus docere debui, alio modo Deum, alio intelligentiam creatam esse Spiritum? Egone, quod Metaphysici proprium est, mihi vendicem? Annon vt Logicus, functus sum meo officio, satisq; probe conformaui modos predicandi ad modos essendi, cum docui alios esse modos per se, eosq; quatuor, alios per accidens, alium modum enuntiandi esse contingentem, alium necessarium, & quidem necessitatis gradus esse

tres? &c. Huc etiam paulisper Schegki. A te quoque ut logico requiritur ubiq; exquisitio & ἀκριβεία, nisi velis testis falsus & violator præcepti diuini audire. Quid ais? *Quasi vero inter exquisitionem veritatis & falsitatem non sit medium, & refutari possit quod scripsi: Synonymum physicum a Synonymo Dialectico differt exquisitione veritatis & cognitionis, Veritate vero hæc Synonyma conueniunt. In commentar. in Categorias pag. 20. ubi hæc differentia & conuenientia explicatur. Ut nunc præteream illud Aristotelis, quod commode huc traduci potest: In quibusdam non est requirendum τὸ ἀκριβὲς & δεῖ παντὸς ὄρον ζητεῖν, ἀλλὰ τὸ ἀνάλογον ζυνορᾶν, & quod Scholastici Doctores aiunt, Logicus non considerat intimas rerum naturas.*

 Ad III.

An sit Predicatio inusitata, Deus est spiritus?

Negatur.

Non sum, inquit Admonitor, adeo morosus, ut nõ ferã docētes iuuentutẽ, quod essentialis sit hæc, Deus est spiritus. Imo mi Admonitor non potes aliud volens nolens.

lens. Ipse enim legem tibi fixisti, ut, nisi *Quámpe-*
 eam refixeris, aliter loqui non possis: & *ctore ex in-*
 qui loquatur aliter, ex omni recte eru- *uito amica*
 ditorum numero est ἄτις seu Nemo. *veritas.*
 Cedo enim qui inusitata esse possit, cū
 non sit prædicatio dissentanei de dis-
 sentaneo, sed consentanei de consen-
 taneo? Tu autem semper ita definiisti
 inusitatam, ut sit disparatorum affirma-
 torū. *Adde*, quod ex tota antiquitate e-
 rudita nullum prorsus habes, qui ἀγεν-
 γον & singularem esse dicat seu abnor-
 mem. Relinquitur igitur hoc vnum, ut
 sit vsitata. Nam inter vsitatam & inu-
 sitatam nemo adhuc tradidit medium:
 iam si vsitata; regularis erit vel τῶ ἤ τῶ
 vel τῆ διαvoία. Cōgruet igitur ad aliquē
 modum prædicabilium, si non directe,
 analogice saltem. Ita sentiunt & com-
 mentator in Alcuinum & Gerhardus
 Matthiſius in Organum, & Cœlius se-
 cundus, & Perionius, & Melanchthon.
 Et quis omnes dicat? Ratio igitur &
 consensus Doctorum, non Problema-
 ticus Magister auctoritate velut præ-
 toria Admonitori etiam Theologo di-
 ctat ac imperat, ut dicas prædicationē,

Deus est spiritus, esse canonicam, non vero singularem & ἀζεντοί: quod quidem deinceps facies, ne Theologus mirabiliter singularis & singulariter mirabilis habeatis. Noli, quæsumus, hic esse refractarius & superciliosus. Audi Augustinum, *Substantia* (hoc est essentia: nam quatenus a substando dicitur, abusive Deum dici substantiam alibi asserit) *PROPRIE de Deo predicatur*, libr. 5. de Trinit.

Ad IIII.

An Deus conueniat cum Creaturis genere logico?

Affirmo.

DE Negante pugnat Admonitio, & quærit: *An Logicus non curet genus exquisitum?* Respond. Quidni curæ sit logico de exquisito genere? At cum hoc non habet, acquiescit in minus exquisito, quod logicum (Aristoteleo more) vocatur. Ita cum destituitur cursu recto, utitur obliquo. Logicus igitur Melanchthon cum aliud non habeat e tabula predicamentali generis loco Deo in descriptione tribuit essentiam vel spiritum. Hoc genus vocavi logicum.
Si inde

O P P O S I T I O 9

Si inde periculum sanæ Theologiæ imminet, misere scilicet seducti sumus a Melanchthone, ut qui auditores a conspectu veritatis rei abduxerit. Sed sodes responde nobis? Melanchthon, qui in Theologia docuit, Deum esse essentiam aliam a creaturis omnibus; idem dicit in Logica in descriptione Dei τὸ ἐσσηντία esse genus. Falsumne hic genus abhibuit? Si ais, egregiam gratiam refers præceptori. Si falsum esse negas, ais igitur esse verum genus. Ergo logicum saltē quo vel in Theologicis tractationibus pro exquisito utitur. Longe vero falleris, si fortasse putas Goclenium distinctionem inter genus logicum & exquisitum vel ex se finxisse, vel ex Quodlibetariis didicisse. Litiga, si voles, cum Logico nō populari & ἑπιπολαίω, sed accurato & exacto: Philosopho peracuto, Theologo profundo (qualis nobis laudatus est & spectatus) Claudio Alberio Triuncuriano. P V E R lege verba eius ex Organo pag. 22. clara voce, ut schola audiat Iulia, *Homonyma aut genus logicum, aut genus exquisitum euertit. Sic Res est homonymum quod genera summa logica Catego-*

riarum confundit. Sic SPIRITVS est homo-
nymum quod genera exquisita confundit.
Quamuis enim logice dicatur de Deo
& spiritibus creatis: tamen Deus a spiritibus
creatis plusquam genere differt (intellige ex-
quisito) Et paulo post: Quemadmodum
sunt homonyma, quae genus logicum euertunt,
sunt etiam, quibus exquisitum obscuratur: Ita
etiam sunt Synonyma logica: sunt etiam Syno-
nyma exquisita: Et: Synonymorum logicorum
usus adeo est necessarius, ut interdum loco ex-
quisitorum generum in accuratis tractationi-
bus usurpentur. Sic Deus dicitur Spiritus in
Theologia. Haecenus Claudius Alberius,
quem Hofmanne per iocum (ut es ἐ-
πράπελος) fortasse Alberum seu simpli-
cem & claudicantem Philosophum vo-
cabis, quia ad tuam vocem non alludit.
Iacobus Schegkius cum veteribus hic
illic distinguit inter genus logicum, &
physicum. (Quidam logicum hoc ge-
nus etiam vocant metaphysicum, quia
& Logicus & Metaphysicus est ἀφαιρέ-
τικὸς seu abstrahit. Physicus vero confi-
derat formas in & cum materia.) Quo-
ad Motus, inquit in Antifimonio, logice
& populariter consideratur, hac ratione est ge-
nus, &

O P P O S I T I O II

nus, & in genere passionis reponitur, eiusq; species describuntur differentiis subiectorum, quorum causa rebus dicitur motus inesse. Huiusmodi autem logicum genus imperfectum est, & respectu generis Physici ἕως τῷ γένει (id est, prope genus seu finitimum generi) apud Aristotelem 7. Physicor. nominatur, qui & æquiuationes in generibus latere dicit, ut ita omnia genera exquisita esse nō possint: quāquā haud scio, an locus 7. Physicor. cap. 4. contextu 31. Genus non unum aliquid est, sed multa circa hoc latent, rectius sic explicetur: Genus non talem naturam significat, quæ in species diuidi nequeat, sed plures species continet, quæ circa illud & in illo latent. Hæc nunc satis. Ad extrauagantia non respondemus. Porro, quod Scholastici & Patres multi negant, Deum esse speciem & habere genus, nihil cōtra Goclenium. Loquuntur enim illi de omnibus modis perfecto genere, quod etiam Deo Goclenius detrahit. Opponitur ei Damascenus. Sed annon etiam meministi Damascenum in Elementario dicere, Substantiam esse genus Dei & Angeli, eo ipso, quod dicit Incorporatum esse differentiam substantiæ, eamq; dif-

Obiect. cum
Solut.

ferentiam continere Deum & Angelum? Sic arguimus. Cui conuenit differentia generica, ei etiam genus conuenit: Deo conuenit differentia generica, teste Damasceno. Ergo & genus. Et: quomodo conuenit Deo differentia, eodem modo etiam conuenit ei genus: Deo conuenit differentia nostra notionis respectu. Ergo ita quoque genus. Ergo, inquis, Deus est compositus? Minime vero realiter compositus est. Sed mens nostra, quia imperfecte apprehendit Deum, partes descriptionis Dei facit logicas. Διαβολαίαι compositio, ut accidit rebus intellectis etiam nullam plane physicam compositionem habentibus, sic etiam non est realis & physica compositio. Sed Aristarchus hic dicet: *Damascenum loqui indocte, quamuis graecorum Doctorum maximum, & cum videtur aliquid dicere, quod illi fauet, unum e mundi luminibus.*

D. Lutheri nomen frustra hic obicitur, qui an Deum e praedicamentorum ordine eiecerit nec ne, haud scimus. Hoc autem scimus, quod Hofmannum & Gocienium in deliris sophistis numeret, & maxime Hofmannum, qui tanquam pro aris & focis, pro lege & grege

grege dimicat pro opinione, Deum e
 Categoriis excludente. *Sophista*, inquit
 D. Luth. *disputarunt in scholis, an Deus esset
 in predicamento aliquo, sed huiusmodi deli-
 ria ostendunt quam nihil intellexerint sacra-
 rum rerum.*

Addimus his: Essentiam etiam ita
 considerari posse, vt κατ' ὑπεροχὴν, id
 est, præcipue & multo excellentius de
 Deo, quam de creaturis prædicetur, id
 eoque analogica prædicatione, quæ ad
 regularem reuocatur. Eos igitur, qui
 Quiditatem Dei digniorem non esse
 somniant, quam asinitatem, id est, qui-
 ditatem asini, vt figura hominis asinos
 mittamus.

Ad VI.

*Cum Deus infinite distet a creaturis, quomodo
 sub uno Categoriis genere cum crea-
 turis contineri possit?*

AD hoc responsum est præter cetera
 a Goclenio: Quia ordo quidam est
 inter creatorem & creaturam, vt inter
 causam & effectum, inter archetypum
 & imaginem, inter communicans &
 communicatum, Deum cum creaturis
 generis substant. subiiciposse. Hæc re-

sponsio est aliena hypercriticis. Vbi igitur acumē tuū Thoma Aquinas? Quærit ex te aliquis, *An nomen essentia de Deo & creaturis predicari possit?* Affirmas: affirmationem tuam probas inde, quod Deum nominamus ex creaturis, quatenus habent ordinem ad ipsum, vt ad suam causam, vt verbi causa, mens humana vel angelica est Dei effigies. Eodem modo respondent, qui Thomam explicarunt. At enim inquit Admonitor, *Deus relatus ad creaturas, vt causa cogendus non est cum creaturis in communionem, essentia & quidem vsitatam.* Respondemus. Deus quatenus in aliqua communi ratione conuenit cum creatura, communitatē aliquam quiditatuam seu essentialē habet cum creatura; vt quatenus essētia definitur ens per se existēs, de Deo & homine: quatenus spiritus definitur essētia corporis expers, de Deo & angelo prædicatur essentialiter, non accidentaliter. Quando ergo quæritur: *Quæ conuenientia predicationis essentialis cum respectu causa efficientis?* Respondemus propter conuenientiam subiectorum in ratione aliqua communi,

O P P O S I T I O 15

muni, quæ dependet ab ordine primæ
causæ ad secundas aliquid ὁμοῦς deus de iis
prædicari. Confidenter dictum clamas.

*Quam vsitatum est dicere, Plato est homo: tam
vsitatum est in logica dicere, Deus est spiritus.*

At nos regerimus: *Impudentiusculum esse,
qui hoc negat, si genus prædicationis spectetur.*

Vtraque enim vsitata & regularis est,
neutra inusitata & irregularis: vtraque
essentialis est, neutra accidentalis, nec
altera essentialis, altera accidentalis. Ut
enim homo Platonis: Sic spiritus D E I
quiditatem genericam continet. Sic
qualis prædicatio est, *Homo est animal.*

Talis est *Homo est ens*, nempe essentialis:
quod Zabarella noster te docere potest,
etsi animal proprie & absolute genus
sit, ens vero improprie & quodam mo-
do. Nam & analogia proportionis pro-
pria, eiusdem quodammodo rationis
sunt: ut docent ex dictatore sapientiæ
Aristotele etiam Scholastici.

Ad VIII.

*Quomodo reduci Deus ad Categoriã possit
cum sit infinitus ἔστι ἀνὰ πλείονα.*

I. Q Værit admonitio: *Quomodo reduci
possit Deus ad Categoriã, cum in se ut*

absolute ut est spectatus, hoc est, ut incomprehensibilis nobis, non sit in predicamento ullo.
 Quærimus nos vicissim reponētes à mot-
 Cap. v: Deus intra se consideratus proprie causa efficiens non est, inquit Scholastici: An hinc sequitur, extra se, (id est, relatione ad creaturas) consideratum non esse eum sub causis efficientibus comprehendendum?

II. Quatenus nos de Deo formamus notiones & enuntiationes, D. Melancthon, Perionius, Cœlius, Hauēreuterus, ille Argētīnēsis Philosophus insignis, quos sequimur; Deū in substantiæ categoria collocāt: sicut secundū nostrum modum considerandi Ens prius est Deo, quia sub notione Entis Deum apprehendimus. Ergo, exclamat Admonitio, *coram cordatis vicit nostra sententia negans.* Scilicet ut gestant hastilia rustica turba. Alia certe est Dei consideratio, quoad rem ipsam & exquisitionem: alia quoad nos imperfecte eum concipientes: quo fit, ut Deum, cum per se summe simplex sit, per compositionem tamen quadantenus & vtcunque cognoscamus, dicendo: *Est essentia incorporea, libera*

*rea, liberrima, omnipotens &c. Deus vt est in se sincere & ita incomprehensibilis, hoc est, humani captus & ambitum & fastigium excedens, categoria nulla continetur. Sed vt reuelatur & repræsentatur nobis in creaturis, & ita nobis est comprehensibilis, habet locum in categoria substantiæ. Quid hæc habet incommodi & absurditatis? Pulcre Scaliger quod in transcurso, *Cum Deum dicimus immensum & incomprehensibilem, quid aliud quam & esse cognoscimus, & superesse.**

Ad IX. & X.

Ανάστασις ad Genus Logicum.

Q*uarit ex Goclenio Haloander, cum exquisitum genus Deo non conueniat, quomodo rarius ei conueniat? & quomodo accuratus Logicus in non exquisito illo acquiescere possit? & reductione ad exquisitum an ad non exquisitum fieri debeat? Quærimus vicissim ex inquitore hæreticæ prauitatis, cum definitio, hoc est, perfecta definitio Deo non conueniat, quomodo descriptio ei conueniat, & quomodo accuratus logicus in non definitione illa acquiescere possit. Et reductione*

B

ad definitionem, an vero ad non definitionem (id est, descriptionem) fieri debeat?

Quærimus etiam quomodo Melanchthon descriptionem Deo tribuerit in libello Theologicarum definitionum sine genere?

Præterea quærimus: Vtrum hæc, Deus est essentia, sit prædicatio logica, an vero ἄλογος, nos nõ nisi ἄλόγως, id est, irrationali Theologo ἄλογον esse existimamus.

Quærit & Aulæder: *Si Deus cum creaturis sub communi genere collocetur, quomodo non detrahatur Deus a sublimitate sua ad humilitatem creaturae, vel contra creatura ad sublimitatem diuinam non conscendat?*

Cum non pudeat tantum Doctorem tam puerilis quæstiunculæ, quærimus vicissim: Si Deus vt primum ἀπὸν & primus motor cum creaturis communi causarum loco subiicitur: vt cum ibi dicitur: *Causa est vniuersalis vel particularis: Efficiens per se est Naturale vel Voluntarium.* Hoc igitur posito, quæritur, quomodo non detrahatur Deus a maiestate & sublimitate sua ad humilitatem

tem creaturæ, vel contra creatura ad
sublimitatem diuinam nō conscēdat?

Queritur item: An in hac prædica-
tione, *Deus est ens*, derogetur aliquid
maiestati & perfectioni diuinę eo ipso,
quod Enti subiicitur? Parium quæstio-
num pares sunt solutiones. Sequere.

*Quæ conueniunt genere, in quiditate conueni-
unt. Deus & creatura non conueniunt in qui-
ditate, Ergo genere non conueniunt. Docti*

*Obiectio
Achillea.*

*omnes, qui in hac disputatione versati sunt,
viderunt sibi hic crucem figi a Theologis. Sō-
nium crucis tuum Hofmanne. Nam*

Solutio.

de hoc conuenit inter omnes Theo-
logos asserente acutiss. Gregorio de
Valentia in Thom. *Communissimam ra-
tionem substantiæ, & etiam spiritualis sub-
stantiæ, eodem nomine & Quiditative etiam*

*eo modo, quo nos quiditatem Dei cognoscimus,
& proprie Deo attribui & aliis substantiis.*
Et quis nescit, nos aliter non posse,
quam ut perfectionem in Deo respon-
dentem perfectioni creaturæ eodem
conceptu formali concipiamus in hac
naturæ imbecillitate, & eodem nomi-
ne significemus quo perfectionē crea-
turæ, etsi communis ille conceptus

Deum ut est, assequi non possit. Quod ipsum quoque Scholastici docent. Et hoc ad assumptionem responsum esto. Neque enim faciendum videtur ut in præsentia disputetur spinosius.

Ad XI.

Quenam Deo Quiditas tribuatur per genus logicum, si hoc illi tribuatur?

AT quæritur porro: *Quenam Deo quiditas tribuatur per genus logicum.* Hic Goclenius in angustias compulsus solabitur se nudo conceptu logico. Resp. Quasi vero gloriusule Theologe Goclenii siue copiæ siue copiolæ adeo in angustum coactæ sint. Ne triumphum & ἑπινίκιον ante victoriam. Itane insaniat, ut statuat conceptum logicum, qui sit nõ ens, cui prorsus nulla subsit res, nulla veritas? Valeat λόγος πλασματίας ἢ πλασματώδης. Hæc ratio communis est Deo & creaturæ: Reuera proprium esse habere, nec esse in alio ut habens esse a subiecto, teste Melanchthone, quem nondum refutatū meminimus. Conceptus quidem logicus de Spiritu incerto est imperfectus & non adæquatus naturæ Dei. At inde non

non efficitur genus Dei esse non ens.
 Quomodo igitur Deum & chimeram
 vni γενῶν non enti Goclenius subiece-
 rit? Nō agnoscit hic idolum aliquod
 mentis suæ, sed Hofmannici cerebri
 speculabūdi, & suspicabundi figmen-
 tum & calumniandi licentiam.

Sed quia Hofmanne tam prodiga
 est quæstionum vestra dominatio, libet
 vicissim ex ea quærere, I. *An cōpositio de-
 scriptionis Dei vana sit, etsi sit εἰς ὅσον μαθητῶν,*
non vero in Deo realis? Clarius: *De Deo etsi*
sit ὁ simplicissimum, intellectus noster format
plures conceptus, vana ne est hæc compositio,
cum non sit in re, sed in intellectu formante &
concipiente? II. *Annon negationes de Deo, incor-*
poræum, immortale, vera sunt (quod affir-
mat sane Dionysius, qui citatus est) etsi
non conueniant Deo secundum Rem, sed secū-
dum Rationem. III. *An vanum sit, institiā*
& sapientiam in Deo differre, etsi non differāt
secundum rem, sed secundum nostrum con-
ceptum. IV. *An nihil sit ens, ut nullum*
naturæ gradum significat Deo & creaturis
communem, esse superius & communius, & e-
atenus prius Deo, non quidem τῆ φύσεως & se-
cundum rem, sed τῆ ὁπτιοῦς & secundum no-

tionem nostram: Demonstrationem, Deus est aternus, quia est omnino immutabilis, esse per rationem a priori, non secundum rem, sed nostro intelligendi more, ut loquuntur & sentiunt Scholæ Doctores. V. An is naturam generis logici recte intelligat, qui genus dicit speciei æquivalere, exēpli causa, ἀνομίαι esse genus ἰσοδυναμῶν peccato. VI. An Synonymos tantum attributio sit logicis, cum idem de se ipso vel definitio de definito predicatur? An quæ λόγῳ seu definitione differunt, specie differre necesse sit. VII. An cum sic colligitur: Deus & homo seu θεὸς ἰσὺς ἄνθρωπος est. Ergo ὁ θεὸς est λόγος Deus est. Ergo est essentia spiritualis. An inquam hoc sit argumentari & arguere: Et quo argumento quæstioni dubiæ fiat fides, nullone, an disparato vel consentaneo. Quæstionis, An Deus ens sit. Topicane sit probatio, ἀνὸς τοπικῆ: Quia est substantia. VIII. Demonstratorisne, an Dialectici, an Sophistæ sit parallogismo quatuor terminorum (Homo est peccator, Peccatoris forma est peccatum, Ergo homo est peccatum) dare instantiam contra Canonem Aristotelis, qui est Syllogismi primæ figuræ affirmatiui fundamentum: Quando alterum de altero dicitur, ut de

ut de subiecto, quæcunq; de prædicato dicuntur, etiam de subiecto dicentur. In his & similibus quæstionibus calumniæ Licentiatus ille grauer exercendus fuerit, donec discat se imagine eruditionis decipi, & cesset hac larua terrere Philosophos, & seducere simplices. Hoc si cui duriusculum dictum videatur, is cogitet illud: *Si quis clamat ὄναρ, sylua reclamat ὄναρ.*

Ad XII.

Πάλιν, *an Deus habeat genus?*

NEgatiua disputatur ex Thoma. Nihil contra Goclenium, qui Deo nõ tribuit genus exquisitum, seu, si mauis, quod habet ἅπαντα ὅκτω, sed logicum vel etiam non pure synonymum seu absolute uniuocũ, quod Thomas impugnat, quia prius & multo excellentius ἔσῃα Deo, quam creatura vlla conuenit: sed analogicum, quod Scholasticis nõ est aduersum. Deum non esse in genere per reductionem Thomas quidem ait *in summa*. At idem quoque Thomas, *in quæstionib. de potentia Dei*, Deum reductit in prædicamento sub-

stantiæ poni concedit *quest. 7. art. 3.* Est igitur vel Thomas sibi contrarius vel conciliatori dicendum est: *Deus non est in genere per reductionem ad pure uniuocum. Deus est in genere per reductionem ad analogum.* Itaque sic argumentamur:

Id quod est mensura omnium, quæ sunt in aliquo genere, est aliquid eius generis, intellige uniuoce vel analogice, Aristot. 10. Metaphysic.

Deus est mensura omnium substantiarum, quia est perfectissima substantia.

Ergo, Deus est aliquid huius generis uniuoce vel analogice.

At non uniuoce. Quia Deus superexcedit rerum mensuram teste Thoma. Ergo analogice. Dicit enim potest, ait acutissimus P. Fonseca, nomen generis adducto Aristotelis loco late accipi, ut analogica etiam complectitur, neq; ullum esse incommodum (tantum abest, ut sit cum blasphemia coniunctum) si Deus dicatur esse in genere hoc modo sumto, hoc est, in genere substantiæ quatenus substantia ab accidentibus distinguitur, quæ est analogica comunicatio in substantia. Atq; hoc pacto sumit Auerrhoes in loco citato genus substantiæ.

Sed

Sed quo (malum) prouehimur) Timidiores nos esse oportet, in pronuntiando, ne Fulminator dicat, nos esse salutis prodigos, & metuendam nobis æternam condemnationem, eo, quod logice de Deo $\varphi\epsilon\mu\iota\zeta\mu\epsilon\upsilon$. Fulminatore misso veniamus ad deprauatorem.

AD XIII.

An ita distet Deus a creaturis, ut nulla $\chi\iota\sigma\iota\varsigma$ inter Deum & creaturas interueniat?

Sic argumentatus est Goclenius (etsi non sola hac ratiocinatione nixus est noster Goclenius) si $\chi\epsilon\omicron\iota\varsigma$ & cognatio quedam inter Deum, ut creatorem, & nos, ut creatos intercedit: potest Deus nobiscum in predicamento eodem poni. At primum ratione huius $\chi\epsilon\omicron\iota\varsigma$ Deus dicitur esse omnia, alias est, super omnia, præter omnia, extra omnia: Ex Scalig. Secundum ergo. Assumptionem probat: Quia genere coniunctum esse nobiscum, scribit Aristot.

Quid contra hæc Censor? Nequaquam asserit Aristotel. in primo politicorum. Deum nobiscum genere coniunctum esse, sed Goclenius commentum istud suum in textum.

Philosophi attulit. Vbi vero scripsit Goclenius dicere Aristotelem: *Deum nobiscum genere coniunctum esse.* Nullibi. Hoc vero scripsit: *Aristotelem dicere Deum nobiscum genere coniunctum esse.* Aliud est genus *νόμα* scilicet logicum & secundum: aliud genus notio prima. At enim non intellexit istud Aristoteles de vero Deo, quem ignoravit. Quid tum postea? Goclenio tamen istud fas & pium est ad verum Deum traducere. Id sic ostendimus; Aratus ὁ ἔξω, id est, *Ethnicus*, dixit, *Dei genus seu progenies sumus.* Profanusne iccirco Paulus, qui hoc de vero Deo verum intellexit. Impiusne Scaliger, qui differens de Trinitate *exerc. 356. sect. 3* locum Aristotelis, de quo nunc agitur, ad verum Deum cum Goclenio, & quidem ante eum, traduxit inquit: *Aristoteles i. polit. eiusdem generis cum genere nostro Deum ipsum facit, aitq; eum genuisse nos & esse patrem nostrum, Excellentiore autem natura esse.* Impiusne Ramus præceptor Hierobuli, quod in *commentario Theologico de fide* Homericum illud, *Iupiter pater hominum atq; Deorum*, ad Deum patrem applicavit,

uit, eo quod sit principiū & origo cau-
 saque prima & summa rerum omni-
 um? Minime gentium. Et Goclenius
 profanus sit, qui Aristotelem istud
 adduxerit, minime quidem exæquans
 creaturā creatori, etsi *συμείκει* quan-
 dam hominis & creatoris faciat cum
 Aiato (quem, ut dixi, Paulus laudavit) non
 interim nesciens improprie dici utrū-
 que, *Deus est genus nostrum & nos Dei genus
 sumus*, cum Deus non sit nostræ speciei,
 nec nos simus eiusdē cum eo speciei.

Librum 12. Metaphysicorum Ari-
 stotelis appositissime adductum esse
 pro eo, quod essentia ad Deum habe-
 at se ut genus Dei, qui possis esse infici-
 ando? Annon enim Aristoteles diui-
 dit essentiam in duas naturales, & ali-
 am immobilem, & immobili subiicit
αὐτὸ ἀγαθόν, id est, Deum unū summūq;
αὐτοκράτορα & παντοκράτορα, qui summæ
 rei præsit. Ait quidem Scaliger: *αὐτὸ ἀ-
 γαθόν* neq; substantia est, neq; accidens. Sed
 hoc alibi explicat sic: *Non est
 substantia eo modo, quo no-
 stra.*

 AD XV.

*Ex eo, quod omnia sint entia per participa-
tionem primi entis, sequiturne redu-*

*ctio D E I ad unum genus
cum creaturis?*

ETiam si essentia omnes per parti-
cipationem primae essentiae seu sum-
mi entis sint: inde tamen non consequi
reductionem Dei ad unum genus cum
creaturis Ramus & Talæus non largi-
untur. In essentiae enim ratione Deum
& creaturas convenire dicunt, nihilque
obstare, quod Deus prior sit creaturis.
Id vero hinc patet: Syllogismus est A-
ristotelis: *In quibus est prius aliquid & pos-
terius, in his non est communis Idea. In bonis
est aliquid prius & posterius. In bonis non
est aliqua communis Idea. Assumptio pro-
batur. Nam bonum in categoriis singulis
est, ex quibus substantia qualitatem & quali-
tas relationem praecedit. Ad hanc probati-
onem respondet Talæus: Esto simpli-
ces rerum naturae primum nobis cogitantibus
occurrant, deinde mutuis inter se affectionibus
conferantur. Prius sit substantia, quam quali-
tas, prius qualitas, quam relatio: quid tum? an
propterea fieri non poterit, ut, O M N I A
Q V A E*

QVAE SVNT unius naturæ communi-
 catione contineantur? & quæ una cogitatione
 priora posterioraq; sunt, alia ratione ad com-
 munem suæ originis fontem & tanquam ca-
 put referantur. Et paulo post: ENS Plato-
 nici id ipsum Commune esse contendunt, in cu-
 ius ratione & natura OMNIA QVAE
 SVNT ex aequo conveniunt. Huic sen-
 tentiæ subscribit Iohannes Piscator,
 cum, Ens, inquit, esse genus decem prædica-
 mentorū ex eo probo, quod de singulis dicitur
 in questione quid est, non reciproce id quod o-
 mni generi & soli & semper convenit: ut
 Quid est substantia? Est ens. At non vicissim.
 Non enim omne ens substantia est. Sic quid est
 quantitas? Est ens. At non vicissim.

Alii distinguunt inter genus abso-
 lute uniuocū, idq; Deo cum creaturis
 esse commune negant & analogum,
 quod concedunt. Nam quæ una quodā-
 modo ratione dicuntur, seu quæ eiusdem quo-
 dammodo rationis sunt, sunt analogæ, ideoq;
 de iis habetur scientia, quæ non habe-
 tur de æquiocis, id est, iis, quæ in ean-
 dem tantum nominis societatem ve-
 niunt, 4. cap. 2. Metaph. s. Aristot. & Scho-
 lastici ad eum locum. Deus & crea-

*tura sunt eiusdem quodammodo rationis. Ergo sunt analogi. Sed dissimilitudo obiicitur inter Deum & creaturas. Respondet Thomas tertio de Dei perfectione: Creaturae non possunt dici similes Deo, secundum convenientiam univocam quia nullae creaturarum perfectiones sunt, in Deo formaliter secundum adaequatam ipsarum rationem. Possunt Deo dici similes secundum quaedam convenientiam analogicam: Quia sicut Deus habet suas perfectiones, modo qui convenit enti per essentiam & ex se: ita etiam creaturae convenit modo qui convenit Enti per participationem & ab alio. Qui locus Thomae mirifice adiuvat rationes Goclenii, qui plumbeo, quod aiunt, hic pugione pungitur. Adde Scaligerum, qui, Creator, inquit, promittit formas novas Ideis similes non univocas simpliciter, sed analogas, quae non erant nisi in illius voluntate. exerc. 6. sect. 13 Talis convenientia non tollit diversitatem infinitae distantiae inter creatorem & creaturam. Nec diversitas infinitae distantiae inter creatorem & creaturam tollit illam convenientiam. Adducimus etiam pro Goclenio Carpentarium, qui *Quodammodo in*
*sub-**

*substantia genere Deum esse ait in Alcino:
Platō. addita hac ratione: Quia est prin-
cipium & causa substantiæ.*

Ad XVI.

*Explicatio dicti Dionysii, Deus est & o-
mnia & nihil.*

Non pugnant hæ interpretaciones in-
ter se, sed subordinatæ ac cõsequen-
tes sunt. *Deus est omnia* scilicet, quia o-
mnia a Deo profluunt ac dependēt, &
quicquid est, Deum participat, & *Deus
est omnia*, scilicet, quia perfectissime
in eo continentur omnium perfectio-
nes. Illud enim ex hoc sequitur. Si-
cut autem Deus etiam ante Dionysii-
um ὁ ἄριστος, vocatus est, quod voca-
bulum a mandat ipsum supra omnem
substantiam, quando non est ἁόια, quo-
modo nostra, vt ait Scaliger, quē mo-
dum Metaphysicus considerat. Sic
etiam *Deus Dionysio est nihil*, scilicet eo
modo, quo aliquid e creaturis est, cū
ab omnibus eminentissime sit segre-
gatus. Sed satis disputatum est de ge-
nere Dei, quem cum multis Christia-
nis logicis in categoria substantiæ col-
locamus: quia humani ingenii imbe-

cillitas Deum non potest cogitatione comprehendere, nisi sub *Ratione naturæ* per se consistentis, hoc est, essentiæ. Hinc est, quod Melanchthon Deum & Hominem *species disparatas* vocat, & Genus in descriptione Dei sumi ex tabella continente ordinem substantiarum, ait.

Ad distinct. 1. de Problemate 63. 64 65.
part. 3.

An ideo sentiat Goclenius, Deum cum creaturis sub unum genus reducendum, ut inusitatarum prædicationum reductionem tueri possit?

Affirmant compilatores dictatorum Hofmanni Καβαεϊζυτις, cum inquirunt, *præconcepta opinione, quod Deus se in ordinem creaturarum ratione generis redigere (hoc est redigi) siuerit, haud stulte sperat reductionem inusitatarum ad regulares.* Sed nos dicimus ideo Goclenium tribuere Deo essentiam loco generis, ut possit hanc, *Deus est essentia, quæ inusitata non est, analogicam facere, hoc est, ad regularem essentialem reducere.* Et si enim prædicationum modi ad creaturarum

rarum ordinem inuenti sint & aptati, tamen Theologi quoq; & scholastici doctores eos quoq; ad Theologica axiomata sobrie accommodarunt. Quia sciunt logicam esse instrumentum discernendi verum a falso, incertum a certo, probabile a necessario in omnibus doctrinis, de quo alibi sicut & de hoc, quod hanc inusitatam, *Filius Dei est factus homo*, tropicam faciat. Id enim negat.

Ad II.

Quomodo a recentioribus certamen de inusitatis predicationibus renouatum sit.

HÆc compilatorum narratio nihil ad Goclenium, qui quid hic vel ille fecerit in theologicis istis disputationibus de eo non admodum laborat. Nec mouetur, q̄ timidior esse Piscator dicitur & sciolus, qui primam philosophicam materiã doctrinã constituat de disparatis. Pugnate cum eo cominus, audite eum, & experiemini, an sit timidus an sciolus. Interim vester ille sciolus & timidus athleta, quærit ex vobis, *An sint disparata, Audax calumniator &*

C

superbus disputator, quæ uni compilatori recte tribuuntur.

Ad III.

An disparata, attributa eidem subiecto, disparatorum naturam amittant?

TRansferatur generis quæstio ad hypothesin, ut melius intelligatur. Disparata sunt *Fluedo* & *Dulcedo*: Hæc cum attribuuntur melli, ita ut dicatur, *mel est flauum & dulce*, quæritur *an desinât esse disparata?* Sic *Theologia* & *Philosophia* sunt species disparatæ: Hæc tribuuntur *Moyfi*, ut dicatur, *Moyfes est philosophus & Theologus*. Quæritur, *an ratione disparatorum retineant?*

Conclusio.

Responsio per distinctionem.

Disparata cum attribuuntur eidem *παρωνύμως*, hoc est, in concreto, non sunt disparata, quatenus ita attribuuntur: ut *dulcedo & albedo*, cum attribuuntur *lacti in concreto*, quod est *dulce & album*, non sunt disparata, quatenus ita attribuuntur.

Probatio ex lege disparatorum vniuersali.

Posita vna specie, remouentur omnes disparatæ. At posito dulci non remo-

OPPOSITIO. 35

remouetur album, vel posito albo nō remouetur dulce, cum dico, *Lac est album, & Lac est dulce.* Posito Theologo Hebræo, non remouetur Philosophus Ægyptius, cum dico, *Moyfes est Theologus Hebræus, & Moyfes est Philosophus Ægyptius.* Ergo dulce & album, Theologus Hebræus & Ægyptius Philosophus non sunt disparata.

Disparata non possunt de se mutuo affirmari. Theologus Hebræus & Philosophus Ægyptius possunt de se mutuo affirmari. *Theologus Hebræus est Philosophus Ægyptius: & Philosophus Ægyptius est Theologus Hebræus.* Sic Imperator Romanus & rex Hispaniæ possunt de se mutuo affirmari. *Imperator Romanus (vt Carolus V. est Rex Hispaniæ, & Rex Hispaniæ est Imperator Romanus.* Ergo Theologus Hebræus & Philosophus Ægyptius, item Rex Hispaniæ & Imperator Romanus non sunt disparata.

Disparata & re & ratione dissentiunt. Cū dico, *Moyfes est Theologus Hebræus & Philosophus Ægyptius: Carolus est Imperator Romanus, & Rex Hispaniæ;* tātū rōne dissentiunt *Theologus Hebræus & Phi-*

E Ramo.

¶ Philippo. *Philosophus Aegyptius, Imperator Romanus, & Rex Hispania. Ergo non sunt disparata. Idem est ac si ex Melanchthone inferrem: Disparata non pertinent ad distinctionem rationis, sed realem: At distinctio rationis est, non realis, cum idem Carolus dicitur esse Imperator & rex Hispania, cum idem Moses dicitur esse theologus Hebraeus & philosophus Aegyptius. Ergo non sunt hic disparata, Hac est philosophia, Ergo non est theologia. Hac est albedo, Ergo non est quantitas: Cur valet illatio? Quia argumentum e disparatis. Hic est philosophus: Ergo non est theologus: Hoc est album, Ergo non est quantum, Cur non valet? Quia argumentum e non disparatis. Recte igitur notavit Goclenius, non recipiendum in schola erudita (nisi forte velimus euadere ἀλογοι) quod cathedralis doctor scripsit nimis quam audacter ante aliquot annos totidem verbis: Philosophus Aegyptius & theologus Hebraeus disparata sunt, & tamen uni subiecto nempe Moysi attribuiuntur. Hoc est negare principia logica. Principium logicum est: Opposita uni attribui subiecto non possunt. Hinc subsume: Disparata sunt opposita, Ergo disparata uni subiecto attribui*

hui nō possūt. At philosophus Aegyptius & theologus Hebraeus vni Moysi attribuuntur. Ergo velis nolis concludēdū tibi philosophum Aegyptium & theologum Hebraum nō esse disparata, & si ipsa philosophia & theologia per se inter se disparentur.

An oppositum (vt disparatum vel aduersum) possit fieri diuersum?

Reuocetur thesis ad hypothesein maioris lucis gratia. *Gravitas & leuitas, item niger & albus sunt cōtraria: Quæritur, an possint fieri diuersa?* Respondeo, possunt respectu attributionis & consensionis cum subiecto propter rationem diuersam, & omnino, quia lex oppositorum cessat, vt cum dico, *Gravitas & leuitas sunt in vno aere, nempe diuerso respectu (sicut facundia & deformitas, quæ disparata sunt, in vno sūt Vlyse, sed partibus diuersis) in Aethiope nigror & albedo, ille quidem secundum cutem, hæc secundum dentes.*

Probatio ex lege oppositorum *καθ' ἑαυτὴν* tanquam naturæ voce, *Opposita eidē attribui secundum idem & ad idem eodemq; tempore non possunt (scilicet vere.)* Itaque cum quæpiam eidem attribuuntur se-

cundum diuersum, & ad diuersum & diuerso tempore, ea nō sunt opposita. Exempli causa, dico, *Christus est humiliatus, & Christus est glorificatus*. Humiliatio & glorificatio, si vni Christo attribuantur, secundum idem & ad idem eodemq; tempore, vere opposita sunt. At si Christo attribuantur secundum diuersas partes, diuerso respectu, diuersoque tempore, non amplius opposita sunt, sed fiunt diuersa. Sic *niger & albus* sunt opposita, & quidē adueria, si considerentur in vno secundum eandem partem respectu eodem, tempore eodem. Ita enim simul esse non possunt. Quod si in æthiope considerentur secundū diuersas partes, & ita sint simul, vt dicatur *Æthiops esse niger cuticula, albus vero dentibus*: iam non sunt opposita aduersa seu diuersa. Sic *vulpes & homo* sunt disparatæ species, vt loquar cum Melāchthone, si accipiātur eadem ratione & proprie. Sed cum *Herodes* dicitur *vulpes & homo*, non sunt opposita: quia diuerso respectu & significatu dicuntur.

Sunt igitur etiam diuersa, *Philosophia*
&

& Theologia in prædicatione de Mose, quæ tamen simpliciter negat Hofmannus. Equidem non eo inficias, si vel simpliciter inter se considerentur Philosophia & Theologia, vel etiã Mosis $\chi\epsilon\tau'$ $\alpha\phi\alpha\iota\pi\epsilon\sigma\iota\upsilon$; vt formæ sua natura distinctæ sunt, inter se dissentire ita, vt sint & maneant disparata. Sed qua & vt simul prædicantur de Mose, eatenus & ita sunt non disparata, quia cum Mose cõsentiunt, vt eatenus ratione nõ re subiecta dissentiant. Nam *opposita eidem attribui secundum idem, &c. non possunt*. Ergo cum eidem attribuuntur secundum diuersum ad diuersum diuerso tempore opposita non sunt. Iam Philosophia & Theologia tribuuntur Mose diuersa ratione. Ergo hic opposita non sunt. Iã Philosophia & Theologia tribuitur Mose diuersa ratione. Ergo hic opposita non sunt. Et ex regula iudicii sic. *Hinc iudicatur quæpiam esse opposita si eidem attribuantur secundum idem ad idem eodem tempore. At philosophia & theologia ita nõ tribuuntur Mose. Ergo philosophia & theologia hic non sunt opposita. Nõ igitur disparata. Negato enim genere negatur quælibet species. Neque vero est quod tibi du-*

rum hoc videatur assertu, ea, quæ natura & per se sunt disparata, certa *χέου* & tractatione fieri posse diuersa, cum quædam etiam sua natura disparata tractationis usu & ex hypothese ac sumptione disputantium contrarietate adipiscantur, vt *Deus & diabolus: lex & euangelium, opera legis & fides in doctrina ecclesie*, quod totidem fere verbis monuit doctissimus Libanius.

An definitio, hoc est, descriptio possit esse e disparatis & differentia?

HYpothesis est: *Dominus Melancthon describit fidem, ita vt tribuat ei loco generis notitiam, assensum, & fiducia, quod genus compositum dicere licet, ideoque inclementer reprehensa est hæc descriptio, vt monstrosa chimæra. Iam queritur, cum certum sit subiectis distingui notitiam, assensum, & fiducia, notitia enim est in mente, assensus in voluntate, fiducia in corde (vt populariter nunc loquar) & hæc esse disparata, an dicatur λογικῶς fidei descriptionem constare e disparatis & differentia propria?*

Respondeo: Disparata notitia, assensus & fiducia, vt fidei attributa sunt, hoc est, coniuncte relata ad fidem, vt
genus

genus ad speciem descriptam nō sunt
disparata sed consentanea: sicut gene-
ratim partes totius inter se quidem
dissentiunt, sed cum toto consentiunt,
quod probationis loco accipi volo. Ita
grāmaticæ partes: Etymologia & syn-
taxis inter se dissentiunt, sed gramma-
ticæ, vt toti consentiunt. *Adde* quod si
dicerem, Definitionem fidei constare
e disparatis & differentia, hoc nihil a-
liud esset quam dicere, constare eam
ex forma aliena & propria, quod ἀλλο-
γενῆς esset. Quare dicendum constare e
genere & differentia. In descriptione
igitur illa fidei, qua genus sunt, dispa-
rata esse non possunt, quia fidei cōsen-
tiunt, & si inter se sigillatim considera-
ta disparentur, quomodo etiam dispa-
rationem inter philosophiam & theo-
logiam agnosco. Idem iudica de de-
scriptione honoris, peccati, vitæ æter-
næ.

*An vetus homo & nouus homo sint concre-
ta, caro & spiritus abstracta?*

HOc statuit admonitio: Sed quo-
modo negemus hoc expendatur.
Vt pueniamus quo volumus, quærim⁹.

*An concretum qua concretum, sit in
subiecto, ut an album qua albū
sit in pariete?*

Respondeo: Accidentia quidem, ut
albedo tribuuntur subiectis ut parie-
ti *παρῶν ὕψους*, id est, denominatiue seu in
concreto, ut dicatur, *paries est albus*, non
paries est albedo: Sed concretum, ut *al-
bum*, proprie non est in subiecto, quia
vel significat subiectum habens for-
mam, vel connotat seu consignificat
subiectum. Abstractū ergo, ut *albedo*, in
subiecto est, forma per se considerata.
Sic igitur arguimus:

*Concretum proprie in subiecto non est. At
vetus homo & nouus homo, ut cum carne
& spiritu conferuntur, sunt in subiecto, sci-
licet Paulo. Ergo vetus homo & nouus
homo non sunt concretum, caro & spiritus
abstractum.*

*Concreta proprie dicuntur de subiectis. Ve-
tus homo & nouus homo nō dicuntur proprie
de Paulo. Ergo non sunt concreta.*

Assumptionem probo: Quia idem
prorsus sunt quod caro & spiritus. Ut
igitur improprie dicitur, *Paulus est ca-
ro, Paulus est spiritus*, sic etiam illud.
Vetus

Vetus homo idem est quod peccatum. Nemo autem Paulum dicet proprie esse peccatum. Antecedens est omnium Theologorum orthodoxorum: Vetus homo est quicquid erroris & vitii remanet in regeneratis, quod carnis nomine apud Paulum significatur ait Hemmingius: Novus homo est nova iustificationum qualitas & motus & actio proficiscens ex fide, & congruens cum lege Dei. Metonymia enim hebraica substantiarum & subiectorum nominum sæpe pro adiunctis, hoc est, qualitatibus in subiecto inhærentibus, & pro actionibus qualitatatum ponuntur. At enim inquis, Paulus est novus homo spiritu, vetus carne. Ergo proprie predicatur novus homo de Paulo.

Obiectio.

Respond. Si per novum hominem intelligas renouatum seu regenitum, per veterem non regenitum, cōcedo. Sed tunc novus homo & vetus est cōcretum, nouitas & vetustas hominis est abstractum, non vero caro & spiritus, vt albi forma est albedo, nigri nigredo. Nam abstractum non significat subiectum, quia est in subiecto,

Solutio.

vt cum dico, *athiops est niger cute, est vero albus dentibus*, hic *cute* non significat abstractum, vt nec *dentibus*.

Caro est subiectū veteris, id est, nō re-
geniti hominis: *Spiritus* est subiectū re-
geniti. Paul⁹ n. est (ex hypothesi) no-
uus homo, id est, renouatus spiritu, ve-
tus, id est, non regeneratus carne.

Ergo caro & spiritus non sunt abstra-
ctum veteris & noui hominis ita acce-
pti. Hoc autem quærebatur: *An
nouus homo respectu carnis vt abstracti con-
cretum sit, & vetus homo respectu spiritus.
Idipsum est modo negatum.*

Ad V.

*An Deus sit ens & quomodo? & an finiti &
infiniti sit inter se proportio?*

CERTISSIMA est sententia: Ens tam
commune esse, vt & Deo & creatu-
ris, non ὁμοῦς, conueniat, sicut com-
muniter Deo & angelis conuenit spi-
ritus, non tantum nomine, sed etiam
definitione, quæ est substantia incor-
porea, simplex & a concretionem ma-
teriæ pura. Itaque regulares prædica-
tiones sunt & minime inusitatæ, *Deus
est*

est ens, Deus est spiritus. Quid igitur re- *Obiectiones.*
 spondes Dionysio, qui vt Platonicus
in libr. de diuinis nominibus, Deum esse su-
 pra ens? Quid Platónico Ficino, qui
 Deum non esse ens? Quid Scaligero,
 qui Deum non esse ens, sed essentiam
 dicit? Quid Hieronymo, qui soli Deo
 essentiam attribuit ad Damasum Pa-
 pam? Quid denique respondes ad ob-
 iectionem: *Infiniti ad finitum nulla est*
proportio. Ergo non possunt eodem prædicatio-
nis genere & communi notione censeri Deus
& creatura. Respond.

I. Ens accipitur vel late, vel restricte:
Late seu generaliter, quatenus ad om-
 nia, quæ positiue, id est, affirmative
 sunt in rerum natura, extenditur, &
 significat vel actum essendi, vel naturã
 rei existentis: Ita Deus est ens. *Restrictè*
 seu pressius pro re, in qua distinguitur
 esse ab habente esse: Ita omnis creatu-
 ra est eius: quia aliud est eius esse, aliud
 essentia. Ita Deus non est ens, est supra
 ens, quia essentia & existentia in Deo
 nihil differunt. Deus est sua & essentia
 & existentia.

II. Deus est essentia, qua essentia

spectatur, ut abstractum: Deus non est ens, quia ens spectatur ut concretum. Propter simplicissimam enim & summam simplicitatem ac perfectionem rectius & verius de Deo abstracta, quam concreta, prædicantur.

III. Quatenus præminentia seu *ἡ ὑπεροχὴ τῆς εἰσότητος* spectatur, solus Deus dicitur esse essentia, & eatenus creaturæ sunt quodam modo non entia. In hac sententiam, *Vna*, inquit Hieronymus, *est Dei & sola natura, quæ vere est*. Id enim quod subsistit, non habet aliunde, sed suum est. Cetera, quæ creata sunt, etiam si videntur esse, non sunt: quia aliquando non fuerunt. Et potest rursus non esse, quod non fuit. Deus solus, quia æternus est, hoc est, qui exordiū non habet, essentiæ nomen vere tenet. (*vere hic idem est quod eximio modo*) Probari hoc potest nomine *Iehouah*, quod proprium Dei est *Exod. 6.* & descendit a verbo *haiah*, quod esse & existere significat.

IV. Ad hoc, quod ex negatione proportionis inter finitum & infinitum infertur, recte respondetur e Scholasticis

cis (vt Thoma) per distinctionē: Inter infinitum & finitū non datur proportio, hoc est, λόγος, ratio: seu χέσις, definiti gradus seu determinatæ distantia, quales sunt, *multiplex, superparticularis, superpartiens*. Sic recte dicitur, *quæ infinite discrepant, nulla proportione possunt comparari*: Et infinitum finito non est ζυμβλητόν, id est, *comparabile*. At inter infinitum & finitum non datur proportio, hoc est, χέσις, quæ est inter causam & effectum, seu similitudo, quæ est inter archetypum seu exemplar & imaginē; siue ea sit essentialis, siue accidētaria.

Ita habere esse, quod conuenit formaliter creatis entibus, formaliter etiam tribui potest Deo: tametsi nō eodem prorsus modo, quo tribuitur entibus creatis, sed eodem modo ac λόγῳ, qui est inter participans & participatum. Deus enim nulla ratione absolute vniuoca cum creaturis conuenit. Tribuuntur Deo, *ens, actus, substantia, essentia, viuens, eternitas, bonitas, sapientia*. At hæc abstrahuntur a particularibus rebus creatis, vt imperfectioribus. Nam si a quouis ente creato, quatenus

est ens tollas inhærentiam in alio, quæ est imperfectio accidentium propria, ratione substantiæ, & dependentiam ab alio, quæ est imperfectio omnium creaturarum ratione Dei (sui enim ratione perfectæ sunt) relinquitur habere esse. Si a conceptu sapientiæ creatæ abstrahas, q̄ sit qualitas, & habeatur per discursum, relinquitur cognitio rerum omnium per altissimas causas. Non autem tribuuntur Deo sub ea omnino ratione, qua abstrahuntur a particularibus rebus creatis, sed sub alia excellentiori: vt cognitio illa non eadem omnino ratione conuenit & tribuitur Deo, qua humanæ sapientiæ cōuenit, sed ratione analogica vere & formaliter ei tribuitur, vt iam vere dicere possis, *Deum esse sapientem.*

Placet his subiungere theses de hoc argumento, quas Goclenius in Marpurpensi Academia aliquando disputauit.

DEus an sit ens, & si sit, quomodo sit: & quo sensu creaturæ dicantur a Philosophis aliquando nō entia, quaeritur: nec sine subtilitate respondetur.

II. Deus

II. *Deus non est ens, quatenus ens habet* Scaliger.
 rationem concreti. Deus enim est
 ὅλος ὅλον, & totum perfectionis (quod
 partes nō habet) est ipsissima essentia, imo
 ἑσσιότης, essentialitas, & ut ita dicam, enti-
 tas.

III. *Deus vero est ens κατ' ἐξοχλήν, quia* Scholastici
 penitus incommutabilis & indepen- quidam.
 dens essentia est. Vnde *ens entium dici-*
tur.

IV. *Deus est non ens, sed supra illud &* Platonici
 principium eius, id est, non est ens cō- quidam.
 positum & dependens. Vnde & ὑπερ-
 σιος dicitur.

V. *Creaturæ (ut homo) si absolute lo-* Aristotelici
 quaris, sunt entia: alioqui Deum quo-
 dammodo referre ac exprimere, for-
 mamque seu Ideam boni vnam illam
 participare non possent (ita finiti ad
 infinitum est χέσις seu habitudo qua-
 dam) nec possent sustinere mutationē
 (hæc enim non nisi ente esse potest) ut
 homo si non esset ens, non posset esse
 corruptioni vel variationi obnoxius.

VI. Sed respectu perfectionis diui- Platonici.
 næ sunt non entia, præcipue vero illæ,
 quæ sunt generabiles & corruptibiles.

(ita finiti ad infinitum nulla est proportio.)

Ad V. & VI.

An inusitata sit predicatio, Deus est homo?

Dicimus clare & perspicue cum Dn. Melanchthone, has propositiones, *Filius Dei est homo, & Filius hominis est filius Dei, hæc persona est Deus & homo*, esse inusitatas, seu singulariter mirabiles, & mirabiliter singulares Cū n. vt D. Melāchthonis vtamur verbis, Deus ordinem specierum talem condiderit & sanxerit, vt impossibile sit unum indiuiduum esse conflatum ex diuersis speciebus, vt nihil idē potest esse lapis & homo. Tamen unum admirandum exemplum dissimile toti reliquo ordini nature proposuit, videlicet copulationem diuina & humana nature in Filio Domino nostro Iesu Christo, Filius Dei est natus ex virgine, hic disparatum de disparato predicatur. Estque hoc exemplum exceptum a communi regula de disparatis. Hactenus Melanchthon. Et si autem fateamur has enūtiationes esse & manere inusitatas, si communem naturæ ordinem spectes, tamen gratia vnionis.

nis λόγος & carnis singularis cognatas esse vfitatis nonnulli ex doctissimis, cū hoc, tum superiori seculo viris cēsent, quos non temere Goclenius secutus ad regularem quodammodo & ἀναλογικῶς saltem reuocari posse dixit. Si demonstratum fuerit hos errare, eum quoque errare confitebimur. E scho- lasticis noster est Gabriel Bielus Oc- kami compiler, in quo allegando Admonitio vtitur logica diaboli, *id est*, sophistica, quia truncate eū adducit: quod si Goclenius fecisset, esset calli- dus & versutus Philosophus, & q̄s non? Bene autē habet, quod admonitio illa cēforia promptū philosophicū iudiciū Gabrieli attribuit: Nā nos iudiciū hoc accipimus, approbamus ita, vt nostrū esse velimus. Estque hoc: *Queritur, qua- lis sit predicatio, Deus est homo? R̄spōd. A- pud Philosophū, Deus & homo sunt ter- mini disparati, quia diceret illam esse impossibilē, Deus est homo. Et sic prædi- catio est disparata, nec essentialis, nec accidētalis.* (In hāc sententiā ait D. Lu- ther. *thesi 2. & 3. disput. Anno 1539. 10. Ian. habita, Verbum esse carnem factum in*

*philosophia simpliciter impossibile & absurdum est. Nec minus, imo magis disparata est predicatio, Deus est homo, quam si dicas, homo est asinus. Verum pergat nunc Gabriel) Sed licet in hoc errauerint, quod dicebant, hanc esse impossibilem, Deus est homo : tamen accipiēdo terminos disparatos pro terminis, qui naturaliter seu secundum potentiam naturæ non possunt de se inuicem vere affirmari, nec simul, nec successiue, sic Deus & homo etiã apud catholicos sunt termini disparati, & ita prædicatio ista erit disparata, Deus est homo, & sic nec essentialis, nec accidentalis, quãuis vera. Verum vocando terminos disparatos, qui non possunt de eodem vere affirmari per quamcumque potentiam (etiam Dei) sic Deus & homo sunt termini non disparati, sed hæc abstracta deitas & humanitas sunt disparata, & earatione ad logicã prædicationem reduci potest; sicut hanc, Christus est homo, multi e scholasticis necessariam & κατ' αὐτὸν, id est, essentialem faciunt primo modo dicendi per se, quia homo ingreditur Christi essentiã & si nonnulli etiam propter contingē-
 tem*

tem vnionem humanæ naturæ cum λόγῳ contingentem fecerunt (quos secutus est Iacob. Schegkianus vir magni iudicii, ideoque hominem de verbo παρωνύμως, & quasi per accidens prædicari cōtēdit aduersus Simonium, vt homo sit idem quod incarnatus) sed quia exacte congruit ad neutram, si vulgatas seu Aristoteles spectes, cautiores vocant substantialem, id est, personalem (quia ex λόγῳ & humana natura nō fit vnum per se, vnitate naturæ, quod essenziale dicitur, vt ex anima & corpore homo, sed vnū per se vnitate suppositi, quod dicitur personale seu ἑνωτικόν) eamque ad primum modum dicendi per se reducunt. Hactenus igitur logicus theologus, vt D. Stephanus Gerlachius Deum & hominem in Christi persona opposita esse constanter contra Nestorium negat, nempe quia, vt Maxentius dialogo 2. loquitur, Deus & homo non alter in altero est, sed idem. Deus idem homo est. Et Andreas Libavius vir perspicacissimus in philosophia & logica, confessionis Admonitoris socius in doctrina de persona &

cœna Domini pagin. 77. logicæ suæ di-
stinguendo, *Inusitata*, inquit, *predicatio-*
nes in Ecclesia de filio Dei, nō quidem sunt in-
star vulgarium: attamen nō alienæ a legibus.
(si nos ita loqueremur, illico censere-
mur in $\mu\omega\tau\eta\rho\omega\mu\acute{\alpha}\chi\iota\varsigma$) *Vt enim unaquæque*

† Primū di-
stinctionis
membrum.

a Enthyme-
ma in quo
deest maior
Que alicubi
consentiunt
essentialiter
non sunt ac-
cēsenda dis-
sentaneis ut
disparatis.

b Consequēs
enthymem.

c Antecedēs
† Distinctio
nis alterum
membrum

iam iudicat. ^a Itaque † cum dicitur in
doctrina incarnationis filii Dei, Deus est
homo, nō. ^b sunt hæc accēsenda dissenta-
neis, ^c cum in Christo consentiant essen-
tialiter. Una enim persona constituitur ex di-
uina & humana natura, tanquam membris
vnius integri. † Quod si extra Christum ea
dicantur: manifestum est quod dissentiant, nec
possit simpliciter dici quod homo sit Deus, nisi
diuersa ratione. Sed hæc legentes forte
admonitores nostri dicent, *Inter bonos,*
quales sunt sobrii logici & theologi, in quibus
est Libanius, bene agier oportet: Goclenius se
ita loquitur, nō accipimus, quia non est sobrius
logicus & theologus.

Sed expendi simul velimus hos ana-
logismos.

I.

I. *Vt se habet æternus ad non æternum: ita se*
habet Deus ad hominem. Aeternus autem &
non æternus $\phi\omega\sigma\iota\kappa\acute{\omega}\varsigma$ opposita sunt: $\psi\omega\phi\omega\sigma\iota\kappa\acute{\omega}\varsigma$

ἄρκως vero in Christo non sunt opposita: quia
Christus est aternus, qua Deus, est non aternus,
qua homo. Ergo etiam Deus & homo quor-
ἄρκως sunt opposita. Ἐπεὶ ἄρκως vero in Chri-
sto non sunt opposita.

II. Ut habet se virgo ad matrem: sic Deus ad
hominem. Sed naturaliter virgo & mater
sunt opposita & repugnant: Supernaturaliter
vero & speciali miraculo in Maria non repu-
gnant: quia virgo est, qua virum non cognovit
& incorrupta mansit: Mater, qua peperit
quod ex sua ipsius substantia concepit. Ergo
etiā Deus & homo naturaliter opposita sunt
& repugnantia: Sed supernaturaliter nō sunt
opposita in Christo.

II.

Assumptio nititur hoc logico funda-
mento. Propter subiecta rei vel respectus di-
uersitatem ac unitatem logicarum notionum
seu argumentorum affectionem mutari nō est
infrequens, nec ἀλόγως. Est & assumptio Ga-
brielis Bichi, cuius iudicium promptum
paulo ante nobis laudavit admonitio
distinct. 3. quest. vnica, in lib. 3. M. sententiar.
Si dicis, quod virginitas opposita sit & repu-
gnet partui (ideoque maternitati) responde-
tur verum id esse naturaliter: Sed nō super-
naturaliter. Hæc Gabriel. Quando igitur

admonitio dicit: *Nisi ex meris philosophicis rationibus possibilitas inueniatur, qua Deus sit homo, non potest statui, quod philosophice cessarit disparatorum ratio*, id Goclenius minime impugnat: philosopho enim qua philosophus, non Christianus, & logico, qua logicus tantum, quia ignota est unio personalis & patefactio diuina, *Deus & homo*, semper sunt disparata, & hæc, *Deus est homo*, falsa est. Sed logico theologo hic cessat disparatorum ratio, & vera tam est modo dicta enuntiatio, quam quæ verissima. Nec negat Goclenius, quod ex scholasticis quibusdam affertur, huic, *Deus est homo*, nullum prædicandi modum vsitatum conformem esse, scilicet simpliciter, perfecte, omni ex parte. Ideo de aliqua tantum reductione & analogia differuit, a qua nec Thomas, nec Bonaventura alienus est, vt perspicue patet ex eorum verbis.

Ad easdem & 7.

*An propositio physice inusitata possit esse
logice vsitata?*

Affirmatio est Goclenii: Negatio est Admonitionis. Vtri credemus?
Seque-

Sequemur admonitionem, cum ostē-
sum nobis fuerit, has physice inusita-
tas, *Aqua vinum facta est, Mortui resur-*
gent, Hic idem numero, homo in vitam redi-
bit, Quod semel penitus corruptum est, illud
idem numero reparari potest, Ex nihilo ali-
quid fit. Iesus Christus sine remediis curavit
morbos, has, inquam, secundum ordina-
riam naturæ legem inusitatas & falsas
non esse logice vsitatas & veras. Inusi-
tata physice est, Homo est biceps vel sedigi-
tus, at logice vsitata est. Si nasceretur
animans bouigena andropora (ut lo-
quitur Empedocles) id est, cuius posterior
pars bubula, anterior humana, aut vi-
rigena, bouipora, id est, cuius posteri-
or pars humana, anterior bubula, an-
non de hac enuntiatio physice inusita-
ta seu insolens fuerit (mōstra enim ra-
rius nascuntur) logice vero vsitata &
canonica? Sed dies ante nos deficeret,
si enumeraremus omnia, quæ physice
prodigiosa, monstrosa, portētofaque,
non portentose, monstrose, & prodi-
giose, sed logice enuntiantur, nec sunt
propositiones prodigiosæ & mōstrosæ,
sed dialecticæ. Ac ut non sequitur: Res

est monstrosa: Ergo propositio est monstrosa:
Sic non sequitur: Res est inusitata: Ergo
propositio est inusitata. Huius fœtus saltus in
utero materno est inusitatus: Conuersio Pauli
Apostoli est inusitata & extraordinaria: Er-
go propositiones ipsæ sunt extraordinariæ pe-
regrinæ & inusitatae ac irregulares.

*An mysteria quæ rationem nostram ex-
cedunt, possint enuntiari logice?*

Fieri potest vt res maximæ, sublimes
& cœlestes, eodem modo loquendi
exponantur, quo res humiles & ter-
renæ. Ergo fieri quoque potest, vt eo-
dem modo differendi enuntientur. Et
si enim superent rationem nostram,
quod ad Διόντι attinet, tamen τὸ ὄντι in-
telligimus. *Mysterium est admirabile
prorsus & stupendum, quod Christus est per-
sona, quæ est Deus & homo, mediatrix inter
nos & patrem. Et tamen hæc prædicatio
logica est, quia prædicatur consenta-
neum de cōsentaneo, definitio de de-
finito. Magnum mysterium est, teste Aposto-
lo, coniunctio spiritualis Christi cum Ecclesia.*
At mysterium hoc exponitur & decla-
ratur modo loquendi & enuntiandi
in rebus humanis vsitato: vbi compa-
ratur

ratur Christus capiti, Ecclesiacorpori,
Christus marito seu sponso, Ecclesia
uxori seu sponsæ. Quam profundum
est mysterium electionis & iudicii di-
uini? & tamē de eo enuntiationes sunt
logicæ & irregulares.

*An res singularis modo prædicandi
vsitato & regulari enūtiari possit?*

Verissima est affirmatiua, cui addo
hoc quoque pronuntiatum: *Discrimi-
men modi non necesse est tollere similitudi-
nem & identitatem ipsius rei, & inducere
diuersum modum prædicandi, exēpli cau-
sa, singulare est, quod Adamus fit ex
terra, Eua ex costa viri fit, & tamē mo-
dus prædicationis est vsitatus. Superna-
turali modo existit Adamus, nos naturali
modo: Ille enim per creationem, nos
per generationem. Naturæ tamen A-
dami & nostræ identitas est, nec indu-
citur diuersus modus prædicandi, cum
dicitur, Adamus est homo, ab hoc, Abelus
est homo. Christus singulari & inusitato
modo est ex virgine matre, & tamen
quia nobis similis est excepto pec-
cato, seu quia id, quo filius hominis
est, ei mecum & tecum commune*

est: vnde ὁμοῦσιος nobis dicitur: idem tantum non est modus prædicandi vtrobique nempe essentialis, *Christus est homo, & Petrus est homo*: Sane Christus non est homo æquiuoce seu ὁμωνύμως, sed ὁμωνύμως, seu vniuoce. Si non hoc: non conueniet ei vera hominis essentia ac definitio, nec erit creatura. At absurdum est hoc: Ad synonymam igitur prædicationem reuocari potest hæc: *Christus est homo, & si hoc differt ab altera, quod Christus non tantum homo, sed etiam Deus est, Petrus vero est homo tantum.*

Obiicit admonitio.

Goclenius dicit reduci posse hanc, *Filius Mariæ est filius altissimi, ad vsitatam. Ergo contendit modum vnionis hypostaticæ duarum naturarum in Christo non esse præternaturalem.*

Id vero sequi pernegat Goclenius; & addit, *tum demum secuturum, cum hoc sequetur. Melanchthon dicit hanc, Flamma in ore Apostolorum erant Spiritus sanctus, esse tropicam, interpretatione regularẽ: Ergo contendit modum vnionis Spiritus sancti & flammarum nõ esse præternaturalem.*

Alia

Alia obiectio.

Præternaturalis est modus unionis personalis naturarum duarum in Christo. Ergo prædicatio, Filius Mariae est filius altissimi prorsus ἀνάγειν, id est, reduci non potest ad logicam seu regularem.

Respondetur.

Tale est, quale hoc, præternaturalis seu peculiaris est modus unionis flammae & Spiritus sancti. Ergo prædicatio, flamma erat Spiritus sanctus, prorsus irregularis est. Mysticus & arcanus est modus unionis nostri seu Ecclesiae cum Christo: Ergo modus prædicandi inusitatus est. Nos membra sumus corporis eius, ex carne eius, & ex ossibus eius: præternaturaliter ferrum natauit: Christus præternaturaliter ieiunauit quadraginta dies: ambulauit in superficie maris: Ergo modus prædicandi hic est ἄλογον & irregularis.

Hyperphysico modo edo carnem Domini: Ergo enuntiatio inusitata est ad nullum modum logicarum prædicationum congruens. Ego edo carnem Domini. Christi persona inexplicabiliter singulariter & hyperphysice constat ex λόγῳ & natura humana: Ergo hæc, Christi persona constat ex λόγῳ & humana natura, non habet rationem usitata

huius essentialis, quæ est partium de toto, distributionis de distributo, Homo constat ex anima & corpore. Consequentia non valent.

Similis fere priori obiectio.

a Antecedēs

Obiicit admonitio, a cum alium fontem logicum non habeat quam naturæ ordinem rationi equabilem, cui etiam se suis legibus conformavit: Fieri non potest, ut logice

b Consequēs

sit vsitatum, quod physice est inusitatum.

Respond. I. Ad antecedens: Naturalis intelligentia, quæ est a Deo patre luminum, prior & antiquior fons est logicæ, quam naturæ ordo: Intelligentia illa per vocem cœlestis doctrinæ lumine gratiæ donata seu illustrata a Dei spiritu componit & resoluit etiam sacra logice, quantumvis vere admiranda & stupenda.

II. Nego consequentiam, quia physice seu ordine naturæ inusitatum est, quod Iris est signum gratiæ, sed propositio hæc vsitata est in logica & regularis. Supra naturæ ordinem est quod multa millia pasta sunt paucis pisciculis & panibus, num ideo enuntiatio huius θαύματος ἄλογος est seu non logica? physice

fice inusitatum est, quod Simō Magus
quasi volitavit in aere, sed prædicatio
hæc est canonica. Annihilatio, *ut lo-*
quuntur barbari, alicuius rei est impossi-
bilis naturaliter, *ut testatur Lucretius,*

Nullius exitium patitur natura videri.

Haud igitur possunt ad nilū quæq; reuerti

Dissidio redeunt in corpora materiai.

At finge fieri a Deo alicuius rei reda-
ctionē in nihilum: An iccirco nō erit
enuntiatio logica? *Deus hoc in nihilum*
redegit, hæc res in nihilum rediit? Sic phyfi-
ce portētoſa vel inusitata, imo impos-
sibilis est, *Lazarus mortuus reuixit*, num
ideo logice inusitata, veletiam prorsus
logica nō est? Finge logicum nō Chri-
stianum audiisse, *Lazarum mortuum re-*
uixisse, & narrationi isti credere:
quare: *Cōgruatne ad aliquem modum præ-*
dicandi logicum? Quid respōsurus esset,
facile potes diuinare, nempe *esse ex ra-*
rissime contingentibus illum in vitam reddi-
tū. Prædicatio autem, in qua rarissime
cōtingēs subiecto tribuitur etiā logica
est. Finge eū nō credere narrationi, *ut*
philosophum profanū. Logica tamē ei
est illa enūtiatio q̄a falsa (prædicatio n.

logica in veram & falsam diuiditur) & si neque vsitata neq; inusitata sit, quia non falsa, sed vera prædicatio in vsitatam & inusitatam diuiditur. *Christi caro viuifica est*, an non inusitata est physice? Est sane. Sed logice tamē est causalis, quæ ad vsitatam refertur. Ad summam miraculosa etiam & paraphysica logice enuntiantur, quia logicus de omnibus secundum rectam rationem differit. Logica enim communius est instrumentum, quam vt ad res ordinaturæ consentaneas astringi & coartari possit. Sic & si ex naturæ ordine descripta primū esse Dialectica dicatur, tamen nulla argumētatio proferri potest ex scriptura sacra, quæ ad regulas bonæ consequentiæ a logicis philosophis eruditis annotatas non congruat. Et si interim nō negamus, Theologiam alicubi habere aliquid peculiare, quo logicæ nostræ præceptiones ac canones determinationem aliquā & complementum accipiunt.

*An inepta sit reductio huius, Christus est
compositus ex λόγῳ & humana natura, ad
logicam κατηγορίαν seu prædicationem?*

Personam Christi dici compositam
a sinceris Theologis extra contro-
uersiam est. Nec Thomas, nec Scotus
simpliciter hoc negant, quia distin-
guunt. Negant compositam com-
positione physica, qualis est ex actu &
potentia, ut cum homo compositus esse dici-
tur ex anima & corpore. Non negant
compositam extraordinarie, seu com-
positione transnaturali. Imo confiten-
tur libenter cum Dionysio Arcopagi-
ta (quem vocant) compositionem Chri-
sti ut singularem, sic etiam ineffabilem
a quibus ne tantillum quidem dissen-
timus. Num vero ideo hanc, *Christus
constat ex λόγῳ & humana natura*, com-
positionem logicam esse ex integro &
partibus omnino negauerim? num id-
eo inepti simus, si hanc ipsam ad regu-
larem essentialem reduxerimus? Non
profecto, quia Christus est Totum per-
sonale & simplicior est consideratio
λόγῳ non incarnati, quam incarnati.
Ad constitutionem quidem æternam

E

& seipsa perfectissimæ personæ τὸ λόγος
humana natura non requiritur. Sed
dic nobis, quæso, *An Christus, qua Chri-*
stus integer sit sine carne assumta?

Dicis, *Compositionem Christi concedo,*
sed rationem partium nego. Respondeo
I. Integrum detrahi Christo nequit:
Nec igitur pars. Concordiæ causa
distinguo: Λόγος & humanitas non
habent rationem partium, quatenus
pars solet importare imperfectionem
aliquam, nec ex illis vna composi-
ta facta est natura seu essentia, vt in
physicis ex duobus, materia seu po-
tentia, & forma seu actu, resultat
tertia quædam ἕσσις, quæ neque ma-
teria neque forma sit, sed corpus com-
positum ex vtrisque (quod totum es-
sentiale dicitur) λόγος & humanitas ha-
bent rationem partium, quatenus compo-
nunt vnum per se subsistens (quod totum
dicitur personale) ita vt per humanita-
tem λόγος fiat homo. Audemus hoc quo-
que dicere, vt physicum τὸ δέν, corpus
mobile, resultat & compositum est ex
materia & forma, seu actu & potentia,
& nec materia nec forma est, sed ter-
tium

tium quippiam: Sic logicum $\tau\omicron\delta\epsilon\pi$
 Christus resultat, & compositum est
 ex duabus naturis diuina & humana,
 quarum illa habet instar actus & perfi-
 cientis, hæc instar potentia & perfe-
 ctibilis, & $\tau\omicron\delta\epsilon\pi$ illud neque actus ne-
 que potentia est, sed tertium quiddã.
 Perfectus enim Christus neutra natu-
 ra est, sed simul vtraque concurrens
 vnione personali, *id est*, in vnitatem
 personæ. Agnus Dei mactatus in ara
 crucis, nec est $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ sine carne, nec est
 caro tantum: Sed est $\theta\epsilon\omicron\upsilon\ \theta\rho\omicron\omega\pi\omicron\varsigma$. Sed
 hoc $\tau\omicron\delta\epsilon\pi$ non est physicum, seu non
 est totum naturale: quod addimus, vel
 potius repetim⁹, ne locus sit calūniæ.

Ad Nonam.

*An hæc, Filius Dei est homo sit tropo
 affecta?*

Negatur.

Reprehenduntur ab Admonitore
 verba primæ editionis problematū
 Goclenii, quæ synecdochen in propo-
 sito esse volunt: Sed dissimulat in secū-
 da & tertia editionibus ea nō reperiri,
 & ex iis synecdochē hāc expunctā esse.
 Ita autem habēt IIa. & IIIa. editiones:

E 2

*Deus est homo, est figurata, quatenus intelligitur non sancta venerandaque Trinitas, sed secunda in hac persona λόγος, filius Dei esse homo. Quæ sequuntur inclusa παρθενοῦ non sunt a Goclenio posita assertive & dogmatice, recitant enim aliorum sententiam (sunt etiam quibus figurata, &c.) quod legenti obuium est. Secutus autem hic est Goclenius Melanchthonem in Appendice dialecticæ, & Chytræum in Rhetor. qui cum vox aliqua per limitationem vel ampliationem, vt loquuti fuerunt scholastici, accipitur, ad Synecdochen referunt. Iam certum est limitate seu restricte accipiendum esse vocabulum *Dei*, cum homo factus esse dicitur. Meminimus etiam Goclenium synecdochen hanc ita concludere ex P. Mossellano & aliis:*

Rhetores synecdoches speciem faciunt hanc quoque, cum commune ponitur pro proprio vel particulari aut contra: Quidam etiam Antonomasiam vocant, re eodem recidente. Iam vero *Deus* est commune: *Filius Dei* particulare: Illud enim ἰσότης est, hoc

Hoc vero ὑποστάσεως σηματικόν, & Athanasius, Damascenus, Basilius, sobrii Theologi ita loquuntur. Ergo cum dicitur, *Deus est homo*, pro eo quod est, *Filius Dei est homo*, seu *hac persona Trinitatis, qua Filius Dei est, homo est*, Antonomasia seu synecdoche est, in qua commune pro proprio adhibitum est, seu ex communi proprium intelligitur, libenter enim hica voce generis & speciei abstinemus, quia Deus genus vere non est. II. Si synecdoche seu Antonomasia est communis pro singulari: *Homo Deus est*, ἢ *Filius hominis Deus est*, quid vetat, quominus idē statuatur de hac, *Deus est homo*, id est, *Filius Dei est homo*? Primum est, Secundum ergo.

Sicut non est piaculum reducere ad synecdochen, seu dicere esse synecdochen quasi partis, cum pater accipitur pro tota Trinitate, quia fons est & origo reliquarum personarum.

Ad decimam.

Ἄν λεγόμενα κατ' ἰδιωμαίων κοινωνία, seu ἕξ ὅπου ἀντιθέσεως, ὡς *Filius Dei est mortuus*, sint dicta per Synecdochen?

E 3

Lutheri ver-
ba in maio-
re cōfessione
tom. 3, Ger-
manico Sy-
necdoche est
tropus ve-
rus quē scri-
ptura & o-
mnes docto-
res adhuc in
doctrina de
p̄sona Chri-
sti usurpa-
runt.

Goclenius in problematis secutus
e veteribus Diuum Bernhardum
in expositione symboli & Ioan. Cassia-
num *lib. 6. de Incarnat. cap. 6.* e recētiorib.
Lutherū, Chēnitiū, Iacobū Schegkiū
ὡς ἑλιμαπκῶς differuit, in iis prædica-
tionibus, in quibus p̄prietas vni natu-
ræ conueniens tribuitur personæ ab
altera natura denominatæ, esse Tro-
pum synecdoches. Id refutat Admo-
nitio: Nō igitur refutat tā Goclenium,
quam Bernhardum, Cassianū, Luthe-
rū, Chemnitium, Schegkium, & alios
complures. Sed contra etiam iamdiu
modeste Goclenius differuit in Rhe-
toricis Problematis & alibi, enuntiati-
ones illas a tropo prorsus liberas esse.
Quod Lector diligenter animaduer-
tat. In logicis p̄blematis magis respe-
xit vel ad subiectum inhærentiæ, sicut
locuti sunt scholastici: vel ad tropum
sermonis seu sententiæ, quem tradit
Quintilianus. Dicit enim *lib. 8. Instit.*
*Tropus est verbi vel sermonis a propria signi-
ficatione in aliam cum virtute mutatio.* Et
videntur mihi errasse, qui non alios
crediderunt tropos, quam in quibus
verbum

verbū pro verbo poneretur. In Rhetoricis vocis seu λέξις tropum spectavit, quem solum approbant multi recentioribus oratoriae doctoribus. Repetimus igitur hic sententiā eius, quā in Rhetoricis Problematis habet, κεφαλαῖος: Vt hæc, *Homo est liber*, nō est tropica, ideoque vere & proprie *liber* dicitur, & si secundum voluntatem liber sit. Homo enim est integrum agēdi principium, & eius, vt totius agentis dicuntur esse actiones, vt asseritur i. de anima, contex. 65. Sic Christus homo vere & proprie, *id est*, sine tropo dicitur filius Dei creator cœli & terræ, & si creaverit secundum deitatem; Et Christus filius Dei (*voce proprie accepta*) vere dicitur crucifixus (*voce proprie accepta*) & si crucifixus sit secundum humanitatem. Vt nulla ex his tropica est, *Hominis corpus est mortale, Homo est mortalis, Homo est mortalis corpore, Homo est immortalis, Animus est immortalis, Homo est immortalis animo*; quia passiones conueniunt & tribuuntur toti, & si nō secundū omnes partes. Sic nulla harum tropica est, *Filij Dei corpus fuit mortale, Filius Dei fuit*

Philosophi
cū axioma.
Composita sub
stantia in sunt
omnes acti-
ones & pas-
siones, sed
propter na-
turas e qui-
bus est com-
posita.

mortalis, Filius Dei fuit mortalis corpore, Filius Dei est immortalis, &c.

Ἀλλοίωσις igitur, quæ ei cum omnibus orthodoxis prædicatio est seu forma sermonis, in qua diuina homini & humana Deo tribuuntur κατ' ἄλλο, a tropis Rhetoricis remouet, & ea tenus hic, *Filius Dei est passus, ἄλλοίωσις esse contendit, quatenus ipse filius Dei & non alius intelligitur esse passus κατ' ἄλλο, id est, secundum aliud, id est, secundum carnem: Tantum enim seu solam carnem exclusa persona passam esse (quod Nestorianum est) nunquam neque dixit, neque scripsit, neque sensit Goclenius, & si in persona Christi carnem tantum, non deitatem passam esse contra συγχύτας & Theopascitas Eutycharum fratres asserere non vereatur, ad subiectum inhæsiōis respiciens, nec dubitet sic dicere, *Filius Dei re ipsa mortuus est, sed ita, ut non deitas, sed tantum caro filii Dei mortua sit. Se pultus est vere ipse Dei filius: Sed quid potuit eius sepeliri? utrum verbum, an anima, an corpus, an simul omnia? Per absurdum autem est, aut verbum, aut animam dicere**

dicere linteis obuolutam. Restat igitur ut solum corpus, quod exanime erat, quod etiam sepelientium manibus ferebatur, fuerit syndone circumdatum, & in sepulcri gremio collocatum. *Vig. libr. 1. cap. 3.*

Ad summam, Goclenio nihil aliud est ἀλλοίωσις quam Damasceni modus ἀντιδόσεως ἐκατέρας φύσεως ἀντιδόσεως τῆ ἐτέρα τὰ ἴδια in concreto, nō in abstracto, id est, cum humana de Dei filio & diuina de hominis filio (κατ' ἄλλο) vere prædicatur, & ut loqui consueuerunt realiter. Ad solutiones argumentorū, quæ pro synecdoche κοινῶν ἰδιωμάτων Goclenius in logicis problematis attulit, non respondemus, cum diu ante editam admonitionem se retexuerit, & in Problematis Rhetoricis ostēderit philosophicis argumentis, se præ hac approbare illam sententiam, quæ phraseologias seu formas illas loquendi nō modificatas esse statuit. Quod ipsū in vltima logicorū editiōe fortasse declarabitur. Reliqua, quæ nigro sale calūniæ sunt perspersa, nō dignamur refutatione: quæ quæ certo scim⁹ Danielē

Hofmannum esse mirificum & singularem Theologum, tam certo scimus Goclenium Christianum & orthodoxum Philosophum omnes a Catholica Ecclesia reiectas hæreses detestari. *πᾶ περιχα* etiã, quæ ad alios attinēt, nō ad Gocleniũ, ea neq; astruimus, neq; destruim⁹, neq; asserimus, neq; deserim⁹.

A P P E N D I X.

Ζήτημα.

Nostra hac in literarum studiis peregrinatio sine superna luce miserabilis quaedam erratio est. Scalig. exercit. 359. Præeunte igitur nobis & prælucente luce illa vera, quæ omnẽ hominẽ veniẽtẽ in mūdũ irradiat ac illuminat luce rōnis seu intelligentiæ, ad percipiẽdũ nō tantũ p̄tana sed etiã sacra, differemus de hac questione, *An ex logicis notionibus compositum sit hoc axioma, Λόγος est Deus?*

Ἀποφασίς seu ἀρεῖταισι ἀποφαντική.

Affirmantẽ autẽ sententiã tuẽtes sic dicemus. Principiũ & axioma Theologicũ κτήσεσ̄ est, *Λόγος est Deus.* hoc logicũ χεῖν̄ seu est, & recte ad regularẽ seu vsitatũ modũ p̄dicationũ logicarũ reducitur.

Ἐκθεσις ὀρων, i. expositio terminorum.

Axioma θεολογικὸν κτήσεσ̄ est, ὡς ἔσθ' ἰσχυρῶς ἰσχυρῶς.

ΙΟΑΝΝ. Ι.

ad Theologiã p̄tinet. Axioma logicū
 λέγει est, φ̄ γαίεσφ & ἀναλύσφ logicū est.
 Λόγος, hic est ἐνυπόστατος, ille sermo & sa-
 piētia Dei Patris, Filius ille Dei vnige-
 nitus, qui arcanum Dei consilium de
 nostra salute nobis exposuit.

Deus hic non est Deus ὁμωνύμως &
 translaticie, sed proprietate naturæ.

Κατασκευή.

I. Logica est cōmune instrumentū res
 cognoscendi & intelligēdi, tū ad inge-
 nuas artes exornandū tū ad cœlestia sa-

cræ doctrinæ mysteria illustrādū, cō-

*Hypotheses
 seu præmun-
 tiones & po-
 stulata.*

paratū & ac cōmodatū. II. In pronunti-
 ato, Λόγος est Deus, cōpositio est summe
 inter se cōsentaneorū & essentialium.

Nihil est hic disparatū. III. Τὸ Deus est
 notio essentiæ, cōmunis latius patens.

IV. Τὸ ὁ Λόγος est notio p̄sonæ p̄pria an-
 gustior. V. Secūdū prius & posterius a-

liq̄d de aliquo prædicari nō est insolēs.

VI. Ex potiori prædicatio denomi-
 nanda seu nuncupanda est.

Ἀπόδειξις seu demonstratio.

Quod ἀναλογίαι & cōuenientiã habet
 cum prædicatione aliqua, id recte
 ad eã reducitur. Propositio. Λόγος ille
 est De⁹, habet analogiã & cōuenientiã cū

propria & regulari, non vero cum impropria & irregulari attributione.

Ergo propositio, λόγος ille est Deus, ad illam, non ad hanc recte reducitur.

Προσυλλογισμοὶ seu approbationes.

Assumptio probatur .I. Negatiue. In inusitata prædicatione dissentaneum de dissentaneo affirmatur. Ἀἴμα aduersarij. Hic ὁ λόγος, est Deus, dissentaneum de dissentaneo non affirmatur: αὐτόπιτον. Ergo hæc, ὁ λόγος est Deus, non habet analogiam & conuenientiam cum irregulari seu inusitata attributione.

II. Affirmatiue: Primo, Cum secundū prius & posterius originis prædicatur aliquid de aliquo, usitata prædicatio est: Deus prædicatur de personis diuinis secundum prius & posterius originis, unde Pater prima, Filius secunda, Spiritus sanctus tertia persona dicitur. Prædicatio igitur hæc est usitata.

Secundo, In prædicatione regulari, consentaneum de consentaneo affirmatur, vel dissentaneum de dissentaneo negatur. Hic, λόγος ille est Deus, simpliciter consentaneum de consentaneo, ut essentielle de substantiali seu hypostatico affirmatur. Τοὺς Deus enim

enim habet conditionem termini communis, qui pluribus ut tribus hypostasibus conuenit, & Deus est quiditas (sic enim loqui consueuerunt, qui rerum quam uerborum studiosiores sunt) τὸ λόγος, seu filij Dei. Ergo hæc, λόγος ille est Deus, habet ἀναλογίαν συνηνεύειαν & conuenientiam cum regulari attributione.

Πόρισμα seu consecrarium.

Recte igitur dicitur prædicatio analogica.

Ἐκφρασις seu δεισιμὸς.

Pronuntiatum, ὁ λόγος, est Deus, simile & Germanum est huic: Cato est homo.

Sicut enim hic genus de ἀτόμῳ, id est, indiuiduo: Sic illic cōmunicabile de incommunicabili, commune esse-tiale de proprio seu indiuiduā substātia prædicatur. Itaque Deus respectu personæ diuinæ instar quoddam habet generis, ut loquar cum Iacobo Scægkio, (dico instar quoddam: quia τὸ Deus & si concipitur a nobis ut superius: tamen genus filii Dei non est) sicut ens & unum habet similitudinem generis cuiusdam cōmunissimi respectu omniū, vnde Aristoteles ens & unum tāquam

genus quoddam lib. 7. Metaphys. usurpat, ideoque substantiam & accidens quodammodo & quasi species entis censet. Sic ex Scholasticæ Theologiæ sectatoribus Gregorius de Valentia de plural. diuin. person. quest. 4. puncto 1. pag. 747. loquitur, *Vocabulum Deus vim habet vocabuli communis, eo quod natura diuina, licet singularis sit, tamen in tribus distinctis suppositis existit. Quamobrem ut ex eo vocabulo extruatur aliquis syllogismus, oportet illud in præmissis quasi uniuersaliter seu communiter accipere.*

Πόρισμα secundum.

Prædicatio igitur, ὁ λόγος est Deus, est essentialis (barbari quiditatinā vocant) seu κατ' αὐτὸ, id est, per se primo modo. Quia deitas ita τῷ λόγῳ essentialis est, ut ὁ λόγος sit ipsissima Dei essentia.

Comparatio illustrationis causa.

Sicut hæc propositio, *Trinitas est Deus* : vel *Deus est Trinitas seu tres persone*, quæ, si Iacob. Schegkium sequaris, similis est huic potentiæ, *anima sunt ipsa anima, vel anima est ipsa potentia*, est ὁ σὺν. *Dns & per se, quia prædicatum est de interna (ut loquuntur Scholastici) ratione subiecti*

subiecti, *id est*, ingreditur in definitionem subiecti, cum essentia & persona in diuinis re idem sint. Ideoque est idētica. Sic Schegkius cōtra Genebrardum pag. 525. *Quando Pater, Filius, Spiritus sanctus prædicantur de Deo, prædicantur de eo ut partes seu personæ essentia vnius Dei de tota essentia.* Et Andreas Planerus philosophus sobrius & integer, *Deus est totum essentiale, quod tribus personis circumscriptum est in 1. parte organi. pag. 66.* Et D. Ægidius Hunnius: *Persona est quasi pars totius essentia.*

Συμπέρασμα.

Logica igitur compositio est, ὁ λόγος est Deus, quod ostendendum fuit.

Ανασκευή seu Refutatio.

Obiectio.

At enim forte inquis, Deus & ὁ λόγος non subiiciuntur directe alicui prædicabili & argumento logico & propter materie sublimitatem ac maiestatem hæc ὁ λόγος est Deus, est contra logicam. Adde, quod Deus in nullo est prædicamento. Itaque ad logicam ut regularem essentialem prædicationem reuocari nec potest, nec debet.

Solutio.

Primo sic argumentaris; Deus proprie ac simpliciter, nec species, nec genus, nec differentia, nec proprium, nec accidens est filij Dei. Ergo hæc prædicatio, Filius Dei est Deus, est inusitata vel ἀλογος. Deus proprie nec causa, nec effectū, nec subiectum, nec adiunctū, nec oppositum, nec comparatum, nec coniugatum, nec notatio, nec genus, nec species, nec pars, nec totum, nec distributio, nec definitio, & ceter. est respectu filij Dei. Ergo hæc, Filius Dei est Deus, est prædicatio ἀγεντος, ἀλογο;. Solutio per instantiam seu similem obiectionem. Ecce hic reddo ἀμοιβῶν, soluturus tuum, cum hoc meum solueris, & quidem nō aliter soluturus tuum, quā tu meū, cum paribus paria conueniant. Ens proprie absoluteque nec genus, nec species, nec differentia, nec proprium, nec accidens est substantia. Ergo hæc categoria, Accidens est ens, est inusitata, vel ἀλογος. Scilicet. Ens proprie neque est causa, neque effectum, neque subiectum, neque adiunctum, neque oppositū, neque comparatum, neque coniugatum, neque notatio, neque distributio, neque definitio, & c. respectu substantia. Ergo hæc, Substan-
tia

tia est ens, est inusitata vel ἀλογος. Scilicet
ut gestant hastilia rustica turba. Solue
igitur, & de vna fidelia duo erunt pa-
rietes dealbati, ut prouerbio dicitur,
id est, tua solutione simul nobis obiectū
istud prius solutum erit. Secūdo quod
affers hāc: Filius Dei est Deus, esse virtute
& ὑποχῆ materiae contra logicam, a
nemine sano defendi potest: Logicus
enim cōcedens Deum habere filium
dicit: Ut logica & usitata haec est, Filius ho-
minis est homo: Sic quoque illa logica &
usitata est (saltem reducitie) non contra na-
turam & rationem, Filius Dei est Deus.
Reductionem hanc rides?

Eadem opera rides Christianum
Philosophum Schegkium, cum inquit
in comment. in 1. Top. pag. 75. Genebrar-
duus omnes pro Sabellianis damnat, qui dicūt,
cum orthodoxa Ecclesia Filium & Spiritum
sanctum coessentiales in essentia Patris subsi-
stere. Ostendit id mendax Sophista enume-
randis modis his Aristotelis, quibus aliquid
in aliquo dicitur esse, quod videlicet omni-
bis his modis aliquid in aliquo inesse intelli-
gatur, quatenus sit aliquid ut in subiecto quo-
dam. In his modis enumerandis omisit

hypocrita modum illum, quo genus dicitur esse in specie seu pars essentia in tota essentia, ut quo partes seu potentias anima dicimus esse in tota anima, non quod sint in anima tanquam in subiecto quodam, sed quod partes ille sint ipsa anima, ut partes definitionis sunt ipsa definitio: Et tota essentia diuinitatis nihil aliud est, quam ipsa tres persone, que non sunt in diuina essentia, tanquam in subiecto quodam accidentia. Hactenus Schegkiius reductor.

Ultimo: An Deus sit in prædicamento substantiæ, de eo non conuenit inter doctos, de quo placet adscribere verba magni illius Theologi & Philosophi P. Martyris Vermilii Florentini, quæ exstant in cõment. in 1. Ethicor. ubi disputatur de Ideis: Miratur plurimi quomodo in Categoria Deum Aristoteles ausus sit collocare, cum omnes formæ categoriarum definiendo possint aperiri, nullaque definitio sit, que genere differentiisque suis non constet, que omnia Deo minime omnium possunt attribui, ut qui sit quã simplicissimus & simplicitati compositio generis ac differentiarum minime conueniat. Et nil est in ulla categoria, quod sua definitione comprehendi non possit. Qui vero

vero termini erunt, quibus Dei naturam quaeramus concludere? Proinde fuerunt inter Scolaſticos Theologos ſapientiſſimi, & quidem nō pauci, qui Deum nullo pacto Ariſtotelicis Categoriis voluerunt includi. Cum quibus & ille facere viſus eſt Dionyſius, quem Areopagitam finxerunt. Is enim dixit, Deum & omnia eſſe & nihil eſſe. Omnia eſt, ait, quoniam quicquid eſt, illum participat: Nil vero eſt, non quidem defectu, quod ſubſtantia, vel ut ita dicam, eſſentia illum deficiat, ſed quoniam omnia, quæ ſunt, excedit. Alij vero, ut Ariſtotelem tueantur, qui Deum hic inter formas recenset primæ categoriæ, inquiunt, ſi reipſa & naturaliter agendum eſſet, Deum citra controuerſiã, nullo genere, nullaq; forma categoriarum concludi poſſe. At ſi dialectice ſpectetur, nihil obſtare, quin illi citra iacturam ſuæ ſimplicitatis, & infinite nature ac viriũ poſſint aliquod genus & aliquot differentiæ adſcribi.

Haſtenus Martyr. Sed audiant etiã iudicium magni illius philoſophi Nicolai Taurelli, qui magnã velut tragædiã in nugis excitãt, dum tam præfracte tuentur, Deum nulli categoriæ ſubiici. Verba Taurelli hæc ſunt in Philoſophiæ Triumpo de

rerum principiis. Quod omnibus est essentiis
 communissimū, id primum genus exprimit
 Esse autem competit omnibus, etiam Deo, quia
 tamen inter omnia maxime dicitur existere
 Sed hic Scholasticorum nugas mirari conue-
 nit, qui de lana tantum caprina rixantur,
 seque plurimum torquent, An Deum in sub-
 stantia predicamento comprehendere debeāt.
 Neutrum siquidem valde reprehendi possit,
 seu affirmaueris, seu negaueris ipse, prout

Cur Deus in scopum tibi proposueris rerum omnium vel
predicamē- finitarum solummodo: Mea tamen senten-
to. tia cum Deus cognoscendum nostris etiam
 mentibus obtulerit, rerumque sint intellecta-
 rum predicamenta, non absurdum fuerit, si
 ipsum substantia predicamento comprehen-

Obiectio.

Nam quod de accidentibus dicitur,
 illa Deo non esse tribuenda, ut nec substantia
 dici debeat, prae concluditur. Non haec enim

Solutio.

substantiam, vel ut sit, vel ut intelligatur
 efficiunt, cum ut per se est, sic per se intelligi
 possit. (Nostri quidem respectu sine accidenti-
 bus substantia intelligi nequeunt: quo nomi-

Quomodo
accidentia re-
latius Deo
possint tri-
bui Vide eū-
dē pag. 273.

ne Deo quoque accidentia tribuimus: sed per
 se atque simpliciter considerata a priori medi-
 antibus accidentibus cognoscuntur) Nec etiā
 plures ob id Deos esse oportuerit, ut speciem v-
 nam

nam altera differentiarum descriptam consti-
 tuant, cum indiuiduorum multitudine
 non species necessario definiatur, nisi pro uni-
 uersali quadam notione sumatur, quod diffe-
 ferentia nomen nequaquam denotat. Et
 paulo post: Si nulla Deo ratione cum suis
 conueniret effectibus, non uno genere com-
 prehenderentur: sed quoniam substantia
 quauis, ut & ipse Deus, per se, non in aliquo,
 subsistunt, causaeque & effectus ratio non in in-
 finitum inter Deum & cetera discrimen esse
 docet, quaecunque sunt, quodammodo commu-
 ne statuimus. Deus itaque & cetera in eo
 conueniunt, quod per se (quae substantia defi-
 nitio est) subsistant. Discrimen vero inter o-
 mnia quae sunt nullum hoc ipso maius est, ut
 merito prima nobis negatio differentia ostendat.
 Deus enim simplex est affirmatio, cetera ne-
 gationem quaecunque sunt plurimorum ha-
 bent, ut substantiarum una sit infinita Deus,
 cetera vero finita. Porro & si DEO genus &
 differentiam tribuimus, ut substantia sit in-
 finita: non est tamen hoc quemadmodum in ceteris in-
 telligendum, quasi principia cuiusdam sub-
 stantiae compositionis haberet. Esse siquidem,
 simpliciter unum & idem cum infinito est,
 ideoque alteri generis parti differentiam tri-

Ratione or-
 dinis creatu-
 ra ad creato-
 rem Deus est
 in uno pra-
 dicamento
 creaturis &
 eatenus de-
 us ab angelis
 & homine
 non differt in-
 finite.



buimus negationē, quæ cū ab affirmatione di-
 uersa sit, ipsam cōponit aliquo modo. Et paulo
 post: Quod Deū substantiam infinitam es-
 se diximus, non ita debet intelligi, ac si consti-
 tueretur diuersis substantiæ partibus. Nam
 ipsummet generi nomē additū omnē tollit def-
 initionē, ut proprie nec vere genus nec differē-
 tia ei tribuenda sit. Nostrī tamē respectu, quod
 omnia per differentias & genera cognosca-
 mus, talia potest admittere: licet per se conside-
 ratus simpliciter existat, hoc est, ut sit & in-
 telligatur sine ceteris omnibus, a quibus dif-
 fert. Cum enim solus ab æterno foret, nihil
 commune vel differens a quoquam habebat,
 ut cum substantia post non sit mutatus, vera
 essentiæ differentia non sit ipsi tribuenda.

Haftenus Taurellus, nec crasse nec in-
 sipienter. Sed esto: excludatur Deus e
 prædicamentis: inde tamen non con-
 ficitur necessario, nullam esse de Deo
 logicam vsitatamque enuntiationem.
 Nam & alia quædam in nullo locantur
 prædicamento, & tamen de iis prædi-
 cationes regulares formantur.

Ανασκευή. II. Obiectio.

Sed fortasse pergis: *Vt non sit contra
 logicam, est tamen aliquo modo præter & su-
 pra logicam.*

Solutio per fiduciarium reprobationem.

Vide quam liberales simus; Dato hoc, at non obtento ac concessio, tamē adhuc quæstio est, *Ut rousum magis inclinet, ut cū Scaligero loquamur, ad regularem propriam & vsitatam, an ad irregularem impropriam & inusitatam.* Hic necesse est, ut respondeas, Ad τὴν κατὰ φύσιν seu propriā & vsitatam, non vero ad τὴν ἄλογον καὶ ἀχρηστὴν.

Ἀπόδειξις.

Prædicatio enim (*ut alias alia res*) a potiori denominatur. Maior autem saltem est consensio, cognatio, & conspiratio huius, *Filius Dei est Deus*, cum vsitata, quam cum inusitata, quod patet ex superiore demōstratione. Ergo dici debet vsitata & canonica, non inusitata & irregularis.

Emblema ἀπὸ θεοῦ consecrarium.

Quod si inusitatam aut ἀλογον esse mordicus tenebis, ecce habemus novam sectam ἀλόγων, seu irrationalium, cui opponit se secta ἐλλόγων, seu rationalium, donec erudita erit & vigebit in recte institutis scholis logica.

F 4

Τὸ ἐν ἀποδείξει μένει Corollarium.

Ex his etiam iudicari potest, quo dē-
te arrosus, quo ore reprehensus, qua
manu vellicatus sit quod scripsit Go-
clenius, Enuntiationes has, Gabriel est
spiritus, & Deus est spiritus, ad vnum
genus prædicationum logicarum cō-
mode referri posse: & ut vsitata essen-
tialis est prædicatio, Plato est homo:
sic vsitatam quoque essentialem esse,
Deus est spiritualis essentia.

Πάρεργον.

Nemo quicquid Scripturam Christianam
vel dicit vel facit, vel sentit } Ecclesiam pacificus }
contra } Conscientiam probus }
Rationem sobrius.



DIATRIBA SEV COL-
LATIO DE PROPOSI-

tionibus, Filius Dei est homo:

& Hic homo est filius Dei,

*Per Daniel. Angelocratorem, Clarissimi viri
Rodolphi Goclenij discipulum.*

Theophilus.

DE propositionibus, *Filius Dei est
homo, & Hic homo est filius Dei*, video
certari inter doctos. Quia igitur
mi Philologe conuenimus, vt inter
nos de vtili aliquo argumēto confer-
remus, quid tibi de Theologicis his
pronuntiatis videtur?

Philologus.

Ego dubitationem hic meam a-
perte profiteor. Δίδεται γὰρ ἡ διάφορα.
Itaque discere malo, quam dicere. Si
tamen placet, indicabo tibi sententi-
am eorum, quos ego legi, Melanch-
thōis, Beurhusij, Libavij, Fonsæ, Go-
clenij, quæ fere diuersæ potius sunt,
quam aduersæ.

F 5

Quæ est sententia Melanchthonis?

Melanchthon sentit esse prædicationes logicas inusitatas, seu singulares, & a regularibus excipi.

Proba, quod sentiat esse logicas?

Probatio est, quia Dialecticam prædicationem distribuit in veram & falsam. Veram in regularem, figuratam & inusitatum, & ita deficientem logicam Philosophorum per sapientiam cœlestem complet.

Cur inusitatas dicit?

Quia usitate & κατὰ φύσιν disparatū de disparato negatur, vt *Deus non est homo*. At in propositionibus de filij Dei incarnatione noue & singulariter disparatum de disparato affirmatur, *Filius Dei homo factus est*.

At Aristoteli hæc falsa est, etsi Christiano logico vera sit?

Nihilominus est logica enuntiatio, quatenus intelligis hanc diuidi in veram & falsam.

Quæ est sententia Frid. Beurhusij?

Hæc

Hæc est: Propositiones illas ad forum Dialecticæ non pertinere, neque ex ejus legibus iudicandas esse, sed pertinere ad forum sapientiæ cœlestis seu ad locum patefactionis diuinæ extra artes, quam Dialectica Christiana reuerenter colit & adorat, ipsa nihil sibi in ea sumens aut permittens: Esse quidem veras Theologicas seu Theologiæ proprias, sed non veras logicas: ideoque P. Ramū de ijs in Dialectica vt generali & communi arte nihil præcipiendum putasse.

*Vtri adhærescis Melanchthonine an
Beurhusio?*

Vtrique. Posita enim, affirmata, cōcessa vnione personali, sunt veræ logicæ: Nō posita seu, negata illa logicæ veræ non sunt, sed Theologiæ propriæ. Licet & sic dicere: Christiano Logico sunt logicæ: Ethnico Logico sunt ἄλογοι, quod ad veritatem attinet. Per naturam enim seu communem ejus ordinem Deus homo non est: per singularem vero gratiam vnionis singularis, Deus est homo.

Cedo quid sentit hic Andreas Libanius?

Sentit ita esse inusitatas, ut ad usitatas reuocari possint. Nā *inusitatae*, inquit, *predicationes in Ecclesia de filio Dei non quidem sunt instar vulgarium* (Haecenus sunt inusitatae) *Attamen non sunt alienae a legibus* (Haecenus sunt regulares.) Et paulo post pulcre distinguit sic: *Cum dicitur in doctrina incarnationis filij Dei, Deus est homo, non sunt haec accensenda dissentaneis, cum in Christo consentiant essentialiter. Vna enim persona constituitur ex τὸ λόγῳ & humana natura, tanquam ex membris vnius integri. Quod si extra Christum ea dicantur, manifestum est, quod dissentiant, scilicet disparate.*

Videtur ne tibi probabilis haec sententia Libanij?

Certe non est improbabilis, ac ex Scholasticis Gabriel Biel eam amplexus est. Per naturam & usitatum eius ordinem Deus & homo sunt disparata, sed per ὁμονομίαν diuinam extraordinariam, seu gratiam vnionis Deus & homo sunt diuersa, ut cōsentiāt. Vnio scilicet personalis naturarū inter se disparatarū facit ab his denominata seu παρῶνυμα.

supra seu concreta diuersa transeuntia
in consentanea. Naturæ quidem in v-
nitione manent disparatæ, non confusæ,
id est (non confunduntur in vnum seu
formam vnā) & distinctæ, vt neutra
mutetur in alteram: contra Eutyche-
tem: sed quia conueniunt in vnā per-
sonam, quæ θεῶν ὑπόστασις est, & esse hy-
postaticum diuinum & humanum
est simpliciter, id est, numero vnum:
Christus enim, qui filius Dei est, idem
numero est, qui homo Christus: iccir-
co homo & Deus fiunt non disparata:
contra Nestorium: sed quatenus per-
sona hæc respectu deitatis Deus esse,
respectu vero humanitatis, homo esse
intelligitur, dissentiunt sola ratione,
vt supposito seu hypostasi ac substan-
tia consentiunt.

Quæ est sententia Fortunati Crellij?

Congruit cum Libauiana. Nam in
comment. in 8. Physicorum Aristo-
telis ait: Enuntiationes illæ de Chri-
sto, quibus vel de Deo homo, vel de
homine Deus enuntiat, vsitatæ sunt:
non nihil tamen a ceteris vsitatis enū-
tiationibus discrepantes ob diuersam
illius, quod subijcitur, naturā. Est igi-

tur Crellio propositio, Filius Dei est homo, partim vñitata, partim ἀγεντος seu inusitata: Etsi in introductione Logica inusitatas esse neget: vbi intelleges non esse inusitatas simpliciter & omni modo.

At, cum Deitas & humanitas sint disparata, absurdum est τὸ Deus & homo fieri non disparata?

Minime hoc absurdum est. Distinguendum enim est inter abstractum seu denominās & concretū seu denominatū, inter ipsam formā & id quod habet formā, inter rei essentiam, & inde deductam denominationem. Fluedo & dulcedo etiā in melle inter se cōsideratæ disparatæ qualitates sūt: at inde existūt diversa dulce & flauū esse quæ cum melle consentiunt, vt duo adiuncta cum vno subiecto. Sic etiam in vnione sunt & manent disparata deitas & humanitas, sed hominem & Deum esse in Christo sunt diuersa, transeuntia in cōsentanea, cū personā Christi constituent, vt partes totum. Porro Deus & homo, cum sint opposita, qui possunt fieri diuersa vel consentanea?

Respon-

Respond. 1. Alias etiam sæpe Opposita trāseunt in diuersa vel consentanea: Exempli causa 1. Veritas & falsitas opponuntur: Sed aliqua veritas & falsitas sola ratione distinguuntur, vt quando in eodem conceptu veritas & falsitas respectu diuersorum coniunguntur. 2. Dare & accipere videntur esse contrariæ actiones, ideoque non possunt simul esse, sed ambæ actiones simul in homine liberali habent locum, conuenientes in tertio, nempe æquitate & iustitia, quæ in vtraque actione spectat mediocritatem: & ita amplius inter se non pugnant, sed se mutuo consequuntur. Qui enim æquitatem seruat in dando, etiam simul æquitatem seruare potest in accipiendo. Liberalis, quia iustus est in dando. (Dat enim tantum, quantum debet,) iustus etiã est in accipiendo, nec plus accipit quã debet. Cōtra Auarus, qui iniustus est in accipiendo, nō potest esse iustus in dando. In vtraque enim actione declinat a mediocritate, cum plus accipiat quam debet, & minus det quam debet. Ita disputat Aristoteles libro 4. Ethic. cap. 1. Tertio Leue &

I.

II.

III.

graue sunt contraria. Attamē cū dico, Aqua est leuis & grauis, fiunt diuersa, quatenus aqua respectu aeris esse grauis, respectu vero terræ esse leuis intelligitur. Accipe autem hic vocē *diuersi* specialiter: quod ideo moneo, quia voce hac generalius sumta *disparata* etiam *diuersa* dicuntur. Mas & fæmina opponuntur. At cum dico: *Hic homo est mas fæmina*, ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν cōsentaneum de consentaneo, adiunctum de subiecto dicitur. Respōd. II. Mutato modo prædicandi vsitato in peregrinum seu inusitatum verum, mutatur *χρῆσις* terminorum. Cum dicitur, *Deus est homo*, mutatus est modus prædicandi vsitatus in peregrinum seu inusitatum. Ergo mutatur *χρῆσις* seu affectio terminorū.

*Quid sentit P. Fonseca cum quibusdam
Veteribus Scholasticis;*

Propositiones, *Deus est homo: Verbum diuinum est homo*, non sunt essentielles, nec accidentales, quia homo nec essentialiter nec accidentaliter de Deo dicitur, seu homo non prædicatur de Deo in *Quæstione Quid est, nec Quale est*: sed sunt quodam singulari seu inusitato

usitato modo ac mirabili per se & substantialiales, nempe secundum unitatē subsistentiæ personalis, quæ unitas inter se ἀπεχωσ distinctas ac discretas naturas duas substantiales & completas non inuenitur, nisi in Christo Domino & seruatore nostro, neque vnquam a nobis crederetur, nisi intelligeremus potentiam Dei esse infinitam. Substantialis autem, hoc est, personalis seu hypostatica enuntiatio ad καθ' αὐτὸ seu PER SE reducitur a Fonseca, vt ita sit ei singularis seu inusitata seu ἀνέμαλος PER SE: quia noua seu assumptiua, vt loquitur, species, quæ ab vsitati gēeris conditionibus discrepat, de indiuiduo prædicatur in *Quæstione Quis est, seu Quæ persona est. Vide Fonsecam libro 5. Metaphys.* At hæc, *Homo est animal*, vsitata essentialis seu PER SE est, essentia scilicet hic animalis tribuitur homini. Idem Fonseca in Institutionibus Dialecticis, prædicationem aliam facit secundum naturam, aliam contra naturam, aliam præternaturā, quæ inter illas media est. Prædicatur secundum naturam seu directæ, quæ sunt velut

G

formæ eorū, de quibus prædicantur
 quo pacto prædicantur cōnotatiua de
 absolutis: vt *animal de homine, & album
 de cygno*. Hic quidem forma accidenta-
 lis, illic vero forma essentialis (genus
 enim specierum communis forma a
 doctissimis quibusq; Philosophis dici
 solet) prædicatur.

Prædicatio contra naturam & indi-
 recta est, in qua cōtra fit: vt si *homo præ-
 dicetur de animali, cygnus de albo*. Præter
 naturam & per accidens prædicatio
 (inter propositas, vt dixi, media) est in
 qua nec id, quod prædicatur, est velut
 forma eius, q̄ subicitur, nec id q̄ sub-
 iicitur, est velut forma eius q̄ prædicatur,
 sed abo vni⁹ cui, dā alteri⁹: vt si dicas:
*Spōsus ē Doctor Iuris: vel Doctor Iuris ē spō-
 sus: Albū est dulce, vel dulce est album*. Talia
 enim de se vicissim & κατὰ μίαν
 prædicantur. Neutrum siquidem est
 quasi forma alterius, sed ambo velut
 formæ sunt certi hominis, lactis vel sac-
 chari. Cum hac prædicatione Præter
 naturā & per accidens dicta videatur
 alicui conuenientiam ac cognationē
 habere ista, *Deus est homo, vel Homo est
 Deus*. Nec enim homo forma Dei est,

nec Deus forma hominis sed $\alpha\beta\omicron$ vni
 us Christi, in quo Deus & homo ita cō-
 sentiunt, vt *Deus homo* seu $\theta\epsilon\alpha\iota\sigma\tau\omicron\varsigma$ &
homo Deus seu $\alpha\iota\sigma\tau\omicron\varsigma \theta\epsilon\omicron\varsigma$ dicatur. Talis
 est illa quoque prædicatio: *Hæc virgo*
 (Maria) *est mater* (Domini) Et: *Hæc ma-*
ter est virgo.

Quæ est sententia Coclenij de his enuntia-
tionibus: Filius Dei caro factus est:

Hic homo est filius Dei?

Ita inusitatas esse concedit, vt habeant
 analogiam cum vsitatis seu regularib.
 unde & Analogicas vocat. Ac memini
 eū illas cōferre cū his: *Homo est corpora-*
tus, Homo est animatus: vbi $\pi\alpha\rho\omicron\upsilon\mu\alpha$ essen-
 tialia de homine prædicantur Corpus
 enim & anima partes hominis sunt.
 Sic cum dico, *Homo est Deus vel Deus est*
homo, pars $\pi\alpha\rho\omicron\upsilon\mu\alpha\varsigma$ prædicatur
 de toto, nempe de persona. Christus,
 qui homo est, habet in se tanquā partē
 essentialē suæ personæ, æternā verbi
 substantiam. Christus, qui Deus est,
 habet in se vt partem essentialē suæ
 personæ humanitatem assumptam. In
 publica etiam disputatione hæc eius
 verba obseruavi & annotavi. Dicere

lic et sic: Christiano logico in Christo simpliciter sunt ἄλλο καὶ ἄλλο, aliud & aliud natura Dei & natura hominis: Disparata igitur: Non vero ἄλλος καὶ ἄλλος (alius & alius) ut, non est in Christo alius Deus, alius homo, alius finitus, alius infinitus, sed unus idēq; & finitus & infinitus est secundum distinctas & inconfusas inter se naturas. Non igitur disparata sunt: Proinde propriū unius naturae tribuitur personae voce concreti, quae forma locutionis ἑκατάληξι ἐνομάτωι dicitur a graecis theologis, id est, nominum permutatio. Christus igitur Deus & Christus homo disparata non sunt: si hoc omnino negas vide quātulo interuallo a Nestorij castris absis, & ad rationis libellam seu oca hunc Syllogisimum.

Quae arctissima consentiunt, non faciunt Predicationem disparatam.

Deus & homo arctissime cum Christo consentiūt: quia una sunt hypostasis: et si naturae ipsae in sese disparatae sunt.

Ergo Christus est Deus et homo nō est praedicatio disparata.

Iudicium sit penes lectorem.

APPEN.

APPENDICULA.

*Quæro porro, Cum dicitur, Filius Dei
est persona, estne hæc quoque præ-
dicatio inusitata dicenda?*

Non est: sed est Regularis Essentia-
lis: quia reducitur ad prædicationem
generis de specie: vt patet ex doctrina
prædicantorū Melāchthonis in Dia-
lect. Erotematis: persona n. significat
hic substantiam & cōmuniter attinet
ad Patrem, Filium & Spiritum Sanctū
& multiplicantur personæ: sunt enim
tres.

Cur non est inusitata?

Quia in ea non affirmatur oppositū
de opposito, vt disparatū de disparato,
persona enim seu hypostasis & filius
Dei consentiunt.

Cum dicitur, Herodes est Vulpes, cur
hæc non est inusitata, cum tamen
disparatum de disparato
affirmetur?

Quia Vulpes de Herode dicitur tropi-
ce & quidem metaphorice: Ideoque
hic sententia Vulpes & Herodes inter
se non disparantur, sed consentanea
sunt vt. subiectum & adiunctum. He-
rodes

rodes est Vulpes, id est, est vulpino, hoc est versuto ingenio. Idem iudica quoque de hac: Judas erat diabolus. Sed lōgius p̄uehimur, mi Philologe. Aliorsum nunc vocor, tuum est, ea quæ ex scientiæ nostræ ducibus & velut dāduchis attuli, in alienum nostrum congressum, considerare. Interea vale & viue, hoc est, suauiter philosophare, imo vero Christiane.

EX EPISTOLA D. GOCLE-
nij scripta ad Dn. Othonem
Casmannum.

Contra deprauatores & osores philosophicæ Veritatis scripsi: *inueniri passim religiosulos, sed vix leuiter literis tractos, q̄ de Deo loquentes repudiant omnino terminos logicos.* Propterea commoui cœlum & terram: Quo factum, vt non leuis ac ciuilis ioci offensiuncula me aspergat Admonitio (quam Hofmanni esse suspicari ex obscuriori λέξι licet) sed omnibus velis maledicentiæ suæ in me inuehatur. Sed immerito. Neque enim intellexi Patres pios illos & eruditos Viros, neque Scholasticos siue nobiles siue obscuros, quorum gregē aduersus

aduersus me Admonitio pducit: Sed Religiosi illi mihi sunt isti vel istorū similes, de quibus Schegkius in fine responsi sui ad reprehēiones Simonii ait: *LOGICAE ODIO sic nonnulli nostrae aetatis homines flagrant, ut a Voculis etiam eius omnibus abstinendum putent. Sicut quidam olim qui propter graecae linguae odiū Romae ne graeca quidam via incedere voluerit. Odij vero istius causa est ignorantia. Et ignorantia cum superbia coniuncta pertinaciam parit, quae mater est sectarum & discordiarū omnium in vita communi.* Religiosi illi mihi sunt Superstitiosi isti, qui Scaligero (exer: 369. sect 2.) sanctitatem in ore habent ac otio, supinitate aut flagitiosa licentia marcentes logicam cotemnūt titulo curiositatis, prætectu subtilitatis aut apateticæ (id est deceptricis) sapientiæ, ac viæ ad hæresin, & pernicem ac cœnum synceræ religionis appellant, quos idem Scaliger notat exerc 68. sect. 1. Qui in superficie & supinitate, quam simplicitatem vocant, eruditionem terminant. Religiosi denique mihi sunt, qui cū hūc errorem, Logicā tantum philosophiæ

mancipatam esse, bibissent quasi maternum lac hoc prauum ingeniorum alimentum, tanquam in membra iudiciorum transmutatū, nūquam postea deponere potuerunt, (vt nunc taceam quendam, qui Logicam ad diuina adhibitam per contemptum Logicunculā vocabat, commiseratione ille quidem dignus potius vel *κολάσει*, quam refutatione) Ab hoc errore perniciosissimo discentes abducēdi sunt. Audi quid querenti Echo respondeat: *ἑισλόγοις* quibus est nil rationis? *ὄνοιας*. Valeāt isti cū superstitiosa sanctaque sua agrestitate, cum Rationis veritatisque voce castigari nolint. Nos in omnibus doctrinis lumen logicum discipulis nostris præferamus & sinamus istos esse cæcos cæcorum duces. Ac contemnamus peruersorum iudiciorum *ἀλαβολαί*. Æquo animo audienda sunt iniquorū conuicia, & ad honesta vadenti cōtemnendus est iste contemptus: vt præclare Seneca.



TRACTATUS DE GENERE
EX PRÆLECTIONI-
BUS LOGICIS RODOLPHI
GOCLENI.

DOCTRINAM generis & spe-
ciei probe perspectam habere
ad multas disputationes ap-
prime utile est: id res ipsa loquitur.
Nam de communi Vniuoco & Ana-
logo Philosophi Iacobus Schegkius
& Simonius inter se disceptarunt. A
multis etiam ambigitur, an logicum
genus & physicum re differant. Præ-
terea nonnulli sacris philosophiæ nõ
fatis bene initiati non intelligunt,
quod distinxerunt cum summis Philoso-
phis inter genus logicum & exqui-
situm, cum scriberem *τὸ spiritus esse*
Dei genus logicum non exquisitum. Disse-
ram igitur quam potero planissime
de generis potestate. Ac quidem *pri-*
mum quid omni generi commune
sit, ostendam. *Deinde* distincti-
onem explicabo inter genus logicum
& exquisitum, inter commune vniuoco-

cum & analogum. Vos ad ea, quæ dicuntur, animum aduertite.

Genus est γενός, id est, vniuersale, quod essentiam suam communicat subiectis sibi speciebus, non contra: id est, species non communicant suam essentiam generi: vt *Animal suam essentiam & homini & bestia communicat: sed neq; bestia, neq; homo suam essentiam, hoc est, formam animali communicat.* Itaq; species recipit definitionem generis. At genus non recipit definitionem speciei. Genus igitur comprehendit suas species, & species a genere continentur. Itaq; genus latius & communius est specie qualibet. Et si species æque late pateat atque illud, quod ponitur esse genus, seu quod idē est, si id, quod ponitur esse genus, æque late pateat, atque species, illud non erit genus. *lib. 4. Top. Arist. vt: Ensis æq; late patet atq; gladius. Non igitur ensis est genus gladij: vt Iehoua non est genus veri Dei propter eandem causam.* Hinc iudicari potest vel αλογος tyrunculis, ἀλογον esse dicere. in definitione peccati apud Apost. Iohan. Genus ἀνομιαν speciei definitæ esse ἰσοδυναμῶν

ἰσοδυναμῶν (equipollere) O mei, nullibi neq;
 in Thoma neq; in Scoto, neq; in Pla-
 tone neq; in Aristotele inuenietis, ge-
 nus æquale esse definito. Docet quidē
 Organon Aristoteleum, oportere ge-
 nus & speciem esse Synonyma: sed Sy-
 nonyma opponit homonymis, non
 intelligit per ea Polyonyma. Synony-
 ma sunt Aristoteli, inter quæ comu-
 nitas non tantum nominis, vt inter
 homonyma, sed rei & definitionis et-
 iam intercedit. Polyonyma autem
 sunt, quæ idem possunt seu declarant.
 Ex organo igitur sic cōcludetur: *Nul-
 lum genus est ἰσοδυναμῶν definito: quia ge-
 nus semper latius patet specie & differentia
 Aristoteles 4 Topic. At ἀνομία peccati ἰσο-
 δυναμῶν: Ergo ἀνομία peccati genus non est.
 Et prædicatio generis de specie non est iden-
 tica. At hæc, peccatum est ἀνομία est identi-
 ca. Ergo non est prædicatio generis de spe-
 cie: seu genus prædicatur de specie ἀπὸ τοῦ ἀντισπο-
 φῆς, id est nō cōuersim. At hæc est cōuertibilis
 seu reciproca, peccatum est ἀνομία. Ergo non
 est prædicatio generis de specie.*
 Porro vox generis pressius accipitur,
 vel latius ab Aristotele & aliis Philo-

sophis. *Presius* & magis proprie pro eo, cuius essentia æque attinet ad omnes, seu pro communi aliquo univo-
co æque a speciebus participato, ut hæc
secundum prius & posterius non dif-
ferant, cum natura simul sint. Sic ge-
nus bestię & hominis est animal: Be-
stia enim non minus animal est, quam
homo: Et homo non magis animal
est, quam bestia, & animal significat
communem quãdam naturam ex æ-
quo ab homine & bestia participatã.
Sic species generis uniuoci partici-
patione generis sunt æquales. Huc ac-
commodo illud Aristotelis in Cate-
goria substantię: *Substantia non recipit
magis & minus, ut Hercules non est magis
homo, quam Paris.* Genus ita acceptum
est Physicum, seu perfectum vel logi-
cum. Logicum autem hic significat
more Aristoteleo *minus exquisitum.*
Exquisitum genus est purius, conue-
nit ipsi rei absolute & expers omnis
ὁμωνυμία est, ut quod habet *ὑπὸ τῷ δέξ-
τινός*, id est, subiectum primum seu im-
mediatum, seu cuius species habent
vnum vernaculum subiectum vel v-
nam materiam, vocant etiam *genus*
Me-

Metaphysicum Synecdochice: Cum Theologicum quoq; sit & medicum & Ethicum, cuiusmodi sunt vitium & virtus moralis: Hæc sunt in vno subiecto, vna animi parte. Item *proportio*, cuius primum subiectum est numerus comparatus: Itē *Color*, qui inest in superficie, vt in primo subiecto. *Logicum* seu *minus exquisitum* conuenit rei, ratione nostræ conceptionis habet aliquid homonymias respectu exquisiti (qua nimirum homonymia obscurat genus exquisitum, vt cuius species non habent vñū primum subiectum. Huiusmodi genus est febris, hæc non est in vno subiecto, quia quædam febris est in spiritibus cordis, quædam in humoribus, quædã in solida cordis substantia. Sic diarrhoea non definitur primo subiecto, sed materiis & locis affectis multifariã in species diuiditur, vt in *phlegmaticam, biliosam, melancholicam, Hepaticam, disentericam*. Sic in politica obligatio vel pactū distinguitur, vt genus, multis primis subiectis, quibus certæ species cōstituuntur.

Quibusdam Philosophis Genus lo-

gicum est communis conceptus, cui respondeat aliqua communis natura, quæ genus Physicum dicatur, ut logicum genus sit in animo, vniuersale post multa, id est, rei idea seu imago essentialis: Physicum vero genus sit extra animam, vniuersale in multis, id est, realis natura, quæ extra animam conceptui animæ respōdet: & ita hæc genera sint vnum re, duo vero ratione.

Latius vero accipitur genus pro eo quicquid communi aliqua ratione de multis dicitur: nempe pro communi ab vno ἀφ' ἐνός seu ad vnum πρὸς ἓν, pro vno ἀναλογία seu communi analogo: ut quod non ex æquo & eadem prorsus ratione de omnibus speciebus prædicatur, sed secundum prius & posterius de vna specie magis, de alia minus. Talia igitur interpretes vocant genera analogia (*usus enim latinorum Philosophorum obtinuit, ut latius accipiantur analogia, quam Aristoteles accipit*) genera imperfecta, quasi genera, instar quoddam generum habentia, genera per reductionem. Tale genus est demonstratio & ens, cuius gradus & modi

modi demonstrationis & entis dicuntur species significatione latiore. Dicitur autem cōe ad vnū, quia omnia minus principalia eadē quodāmodo rōe referuntur ad principale. Analogū dicitur, quod significat vnū analogatorū, ut loquuntur, principaliter, reliqua vero prout sunt aliquo modo affecta ad illud, & habent ordinē ac ἀξίον quandā ad illud. Interdū et genus accipitur pro cōi seu generali subiecto rei: tale est in Arithmetica numerus, in Geometria magnitudo, in Politica humanæ actiones, ut in eis honestū refulget. *Has distinctiones ne videar ex me genuisse, ad nebulas veritati offundēdas, operæ pretiū puto Philosophos in mediū adducere, nō oēs quidē, id. n. infinitū foret, sed quosdam e præcipuis qui eas usurparunt.*

CLAVDIVS ALBER. TRIVNCVR.

Hic fidelissimus Organi Arist. interpres in explicatione *Categoriarū Arist.* habet distinctionē inter genus logicum, & exquisitū seu metaphys. *Spiritus*, inquit, *logice dicitur de Deo & spiritibus creatis. Deus tamen a spiritibus creatis plusquam genere intellige exquisito differt.* Et pag. 21. *Categorie sunt genera summa logica, nō au-*

a Hic Schegkiius ab eo dissentit.

tem genera rerum metaphysica & exquisita
Et Synonymorum (id est generum) logico-
rum usus est adeo necessarius, ut inter
exquisitorum generum loco in accuratis tra-
ctationibus usurpentur. Sic Deus dicitur
spiritus in Theologia.

Hunc Claudium ego secutus, scripsi
in problematis meis logicis, DEO
generis loco tribui τὸ spiritus, & id minus ex-
quisitum vocavi.

Obiectio.

Hic obiicitur mihi, Exquisitum genus
Deo tribui nequit. Ergo. multo minus logicū.

Solutio I.

Sed hoc est nugari, non argumen-
tari. Nec enim sequitur, Deo non conue-
nit genus absolute secundum rem ipsam. Er-
go etiam non conuenit ei secundum nos & ra-
tione cognitionis nostrae seu ratione conceptus
nostri imperfecti. Inuerto igitur sic: Deus
habet tantum genus logicum, quod Schegkius
καθόλου quo ad nos vocat. Ergo non habet
exquisitum. II. Quis non animaduer-

II.

tit hic διανόιας ἀρρατίας Homini nō conue-
nit perfecta scientia. Ergo multo mi-
nus imperfecta scientia. Poterit enim ei
imperfecta sciētia conuenire, cui non
data est perfecta. Idem elenchus hic
quoq; est, Deus non habet genus exquisitū.
Ergo

Ergo multo minus habet non exquisitum.
 Potest enim, quo ad nostram cogniti-
 onem, habere genus non exquisitum.
 III. Vt or instantia. Corporeum & incorpo-
 reum sunt differentia diuisiue substantie ἀ-
 μέσως, id est, sine medio. Sed corporeum seu
 materiatum constituit unū genus sc. corpus.
 Ergo incorporeum cōstituit alterum genus,
 puta spiritum seu spiritualementiam. Er-
 go essetia intelligetes (vt sunt Deus & mē-
 tes) sunt in vno genere, quod dicitur essen-
 tia spiritualis.

IACOBVS SCHEGKIVS.

Hic Philosophus Tubingensis lō-
 ge celeberrimus etiā passim inter ge-
 nus dialecticum & Physicum distin-
 guit. Ac Dialecticū genus statuit phy-
 lice homonymum & respectu physici
 esse ὡς γένος, id est, vt genus, non verū
 genus, hoc est, genus imperfectum: Et
 ὡς λόγος γένος, sicut loquitur Arist. statuit ge-
 nus logicum, si physicum non sit, o-
 mnibus numeris & perfecte genus
 non esse, quod in eo sit occulta homo-
 nymia: Synonymum physicum a sy-
 nonymo dialectico, non veritate, sed
 exquisitione veritatis & cognitionis

H

differre. Facit igitur physicum exquisitum, Dialecticum non exquisitum. Vide pag. 20 & 21. in comment. in predicā. & sect. 1, de cōmunitate metaphys pag. 101. Et dialecticum genus citra respectū ad physicum, verum genus esse dicit. Idque rectissime, quia Logicus istud *διδόντων* seu istam homonymiam obscuram non curat, sed dialecticum genus pro synonymo & vero seu perfecto genere habet. Vocat autem Schegkius genus logicum, cuius non est *πρῶτον δευτερον*, id est *primum subiectum*. Et si in species diuidatur, per quaedam subiecta seu *πρῶτα δευτερον*. Exemplis res fiet manifestior. Febris genus logicum est tantū, non physicum. Nam febris, si quidem definiatur physice, id est, ἐξ *αἰσθησιμῶν* hoc est, cum adiunctione subiecti, in quo est, in tribus reperitur *πρῶτοις δευτερον*, in spiritu cordis, humorib. & solida substantia ipsius. Hinc febris alia ephemera, alia tertiana, alia hectica. Somnus est genus non tantum logicum sed physicum quoq, quia eius est primum subiectum, cerebrū aliquo modo affectum.

Habitus

Habitus est genus logicum. *habitus* n. qui diuiditur in habitum corporis & animi, nō, (*vt virtutis aut vity*) est subiectum *omēior* seu vernaculum, cui primo & soli inlit. 27. pag. in *pradicam.*

Motus apud phylicos homonymum est vocabulum, quia primo rebus naturalibus inest propter quantitatem, qualitatem & vbi. Quaedam motio est secū dū quātitate, q̄dam secū dū qualitatem, q̄dā secū dū vbi, sed a dialectico habetur pro genere & prædicamento passionis. Sic, inquit Zabarella, *Latini distinguunt genus physicum de genere prædicamentali, quod vocant genus logicum: Genus enim physicum inquit esse genus subiectum, id est, materiam vnā (vt in physica corpus naturale) genus autem logicum genus prædicabile: Etli Zarabella distinctionem hanc non approbet, vt infra dicemus, sicut interdum in opinionibus est singularis: Ita latini Philosophi statuunt $\phi\theta\alpha\rho\tau\omicron\nu$ & $\acute{\alpha}\phi\theta\alpha\rho\tau\omicron\nu$, id est, substantiam æternam & substantiam caducam in genere physico, exquisitoque non conuenire, quod vnā seu communem materiam non habeant:*

dicunt has substantias differre inter se plus quam genere nempe physico: conuenire tamē in genere logico seu prædicamentali, *hoc est*, in vna communione seu cōceptu vniuoce prædicabili de omni substātia tā æterna q̄ caduca. Hæc conceptio est per se esse, *id est*, nulli alii inesse. Hanc communē *ἁϊας* notionem spectantes quidam e scholasticis scripserunt, essentiam cōuenire Deo & creaturis, ita vt licet cum hac conuenientia non constet vniuocatio physica, quod non sit hic naturæ vnitas, constet tamen vniuocatio logica propter vnitatē cōceptus. Eādem (notionē κατὰ λόγον) spectans Melanchthon non fecit Deum *ἁϊον*, sed collocavit eum in categoria substātiæ, tribuens ei genus logicum Essentiam: Quē ego secutus ne scio quo cōdemnatus sum crimine, sed cādidi homines facile me ab eo absoluunt.

Hoc tamen genus, si subtilitatem Schegkii affectari placeat, non est pure & simpliciter synonymum: quo sensu dicit *ἁϊας* æternam & caducam toto genere discrepare, neque habere

habere aliquid commune synonymū:
quia prius æternis, posterius vero ca-
ducis rebus ἕσσια seu essentia conue-
nit. Caduca enim substantia esse non
posset, nisi esset æterna, a qua illa or-
tum duxisset.

Idem Schegkius, etsi genus analogum, quod Simonius approbat & usurpat, improbet: vocem tamen, non rem ipsā prorsus reiicit: quia τὸ ἀνάλογον pressius accipit, atque vsus latinæ fere scholæ Philosophantium, obtinuit: & Genus κατ' ἀναγωγὴν & κατὰ πρόποιναν (id est, secundum reductionem & modum quendam) admittit. De communitate Metaphysicæ pag. 54. & 145. hæc eius verba sunt: *Non quod ipsum ENS sit commune, sed quod principale eius significatum quoddam sit unum, quo communicent omnia, quæ minus principaliter esse dicantur, per anagogen seu non nisi ἀναγωγὴν quoddam commune dicitur (ab Aristotele) esse GENVS ENS. Et pagina 51. Ipsum principale (vt substantia) instar quoddam habet GENERIS (id est, non est pure uniuocum.) Nam vt sublato genere species perimuntur: ita principali non exsi-*

stente, reliqua non erunt, quæ accidunt principali, ut substantia sublata, accidentia non erunt, & sublato incorporeo corporea non erunt. Hic Schegkius substantiam quodammodo genus facit corporum & spirituum, etsi alii hic logicum genus dicunt. D. Libavius & D. Rennemanus, etiam GENVS absolute: sicut & alii, qui Ramum studii Dialectici ducem sequuntur.

Et pagina 44. Ut natura generis $\alpha\gamma\delta$ ex peremta, species etiam perimuntur: Ita peremto primo illo $\alpha\gamma\delta$ ex genere; cetera ad ipsu ordinata subsistere nequeunt. Habes ratione, cur $\alpha\gamma\delta$ ex Aristoteli & Schegkio fit etiã quodammodo $\alpha\gamma\delta$ ex (secundum unum) id est, GENVS..

Ibidem, Si ens, cum de omnibus inferioribus predicetur, non immerito quispiam ipsu ens genus quodammodo, id est cū generibus compositum (ut substantia ens: Quantitas ens) seu connotando genus, sed non simpliciter genus esse existimabit. Hoc modo quodammodo etiam & quasi species entis censebuntur substantia & accidens, & quæ his supremis tanquam species quadam subiecta videbuntur: quoniam de his omnibus $\tau\omicron\ \delta\iota\ \alpha\upsilon\ \tau\omicron\ \delta\iota\ \alpha\gamma\delta$

τὸ ἐν συνωνύμοις (vt denominans seu ab-
 stractum) non τὰ πρὸ ἐνωνύμοις (vt denomina-
 tum seu concretum) prædicatur. Loci
 huius hæc sententia est, entis proprias
 species esse nullas, quia propria spe-
 cies æqualiter participat rōe & natu-
 ra generis, & nulla cōmunis natura vo-
 ce entis significatur, quæ se ipsa aliqd
 esse vt forma intelligatur, extra substanti-
 am & accidens. Entis, quatenus ens
 non esse species, nisi quoad αὐτὸ ὄν vel
 substantiam vel accidens quoddam
 significat. Interim nobis hoc satis est,
 quod appellationem Quasi & quo-
 dammodo Generis nō refugit Scheg-
 kius. Hic aliquis diligens Schegkii le-
 ctor forte obiiciat, quod in commen-
 tariis in prædicamenta Aristotelis ne-
 gat substantiam, Qualitatem & Quā-
 titatem esse Dialectica genera seu sy-
 nonyma, negat omnino prædicamen-
 ta esse genera generalissima: dicit e-
 nim, categoriam substantiæ & quan-
 titatis non συνωνύμοις sed κατὰ τὸ πρῶτον
 καὶ ὕστερον, id est, secundum prius &
 posterius prædicari de subiectis.

Et pag. 30. ibidem ait, *Vocabulum ἰσῑας commune est, quatenus categoria, non quatenus genus, (Substantia enim de Catone prædicatur ὁπώτως: De homine vero & animali ἐπομένως, id est, consequenter & secundario) Et: quæ prioris & posterioris rationem inter se obtinent, tanquam genere participare nequeunt, ut Bonum, si prædicetur de virtutibus, de felicitate, de externis commoditatibus. Resp. Adductis locis & verbis negat substantiã, Quantitatem, Qualitatem, Bonum esse genera sc. absoluta & pfecta: negat esse synonyma sci. pura: seu omnino uniuoca, statuit esse nec pure synonyma nec pure homonyma, quod deprehendes ex lectione paginæ 29. ibidem & ex 4. Topic. loco. 33. vbi substantiam, Qualitatem & c. vocat genera suprema. Genera igitur erunt imperfecta & quodãmodo: (Alii vocãt analogavt dixi.)*

IACOBVS ZARABELLA.

Hic Philosophus perspicacissimus ãt habet distinctionem inter genus logicũ & physicum. Sumit, inquit cap. 18. lib. 2. de prima rerum materia. Alexander Genus potius logice quam naturaliter

ter

ter &c. Sed ab aliis in eo dissentit, quod illa genera distinguunt realiter: Non, inquit, *hæc duo genera re distinguenda sunt, cum non detur unum sine altero, & sint unum re, duo autem ratione. Nam genus predicabile nõ potest vocari uniuocum, nisi ei extra animam una natura communis respondeat. Proinde vanus est ille conceptus, cui nulla respondeat in rebus communis natura, propterea substantia a materia abiuncta & corpora cælestia & corpora inferiora nullum habent commune genus predicabile uniuocum. Cum enim in materia non conueniant, in nulla natura communi participata conuenire possunt. Zabarellæ sententia hæc est (Clarius enim quo modo explicem, nunc in mentem non venit) Unus communis conceptus præsupponit vnã communem naturam. Vniuersale post multa præsupponit vniuersale in multis: Genus logicũ præsupponit seu simul requirit physicum: Ergo logicum & physicum genus differunt ratione tantum, re vnum sunt. Vniuersale in multis est ipsa natura communis, quæ extra animum in indiuiduis existit vt natura animalis &*

natura humana singulis hominibus
 insita Vniuersale post multa est illud,
 q̄ in animo ex indiuiduis a nobis col-
 lectum prædicatur de pluribus, vt ani-
 mal commune & homo communis-
 mente conceptus (Græci dicunt ἐνόν-
 μος.) Idem etiam non abhorret ab vsu
 generis quodammodo homonymi seu
 quodammodo tantum synonymi, & hic
 monet analogum nō esse id, quod in
 principio 4. Metaph. ab Aristotele vo-
 catur commune ab vno seu ad vnum.
 Ens non proprie vocari commune a-
 nalogum, sed rectius dici esse com-
 mune ab vno. Vide caput. 10. libri
 de constitutione physica. Libro de
 demonstrationis speciebus. dicit quidē,
 demonstrationē proprie esse cōmune
 ἀφ' ἐνός. Demonstrationē proprie genus
 non esse nec vere species habere, sed
 gradus: Attamē in dicto libro plus vi-
 cies species vocat (intelligēs gradus.)
 At quinto quidē capite his vtitur ver-
 bis: *Querere hic aliquis posset, cur tertia
 quoq̄, species demonstrationis. Quod nō detur.
 Et c. 12. sic ab eo inscribitur: Cōtraria sē-
 tentia comprobatio, quod due tantum sunt*
 de

demonstrationis species re distincta. Libro
etiam de proposit. necess. cap. 4. Ens
genus vocat (quod tamen simpliciter
synonymum non esse a plerisque Phi-
losophis statuitur) Si, inquit, *Ens pro*
*GENERE rerum omnium sumatur propo-
sio homo est. Ens talis est, qualis hæc: Homo*
est animal (id est, essentialis seu per se.)

MATTH. Flacius Philos. & Med.

Hic perspicuus Aristotelis in-
terpres olim in Academia Rostoch.
Professor dial. lib. 3. pag. 1002. & 1003.
docet, aliud genus esse synonymum,
cuius species habet vnum subiectum.

Hoc alii vocant Physicum, aliud es-
se homonymum, cuius species subie-
ctis differunt, idque vocari ἐγγύς τῷ γένει
vei quod proxime accedat ad generis
synonymi seu perfecti naturam: Aliud
esse ἀνάλογον & ἀφ' ἑνός (ab vno) & ἀπὸ
ἑνός (ad vnum.) Generis analogi exem-
plum est elixatio, assatio, maturatio, &
quod horum genus est, coctio. Non e-
nim prorsus eadem est elixationis spe-
cies, quæ fit in foco, & quæ fit in ven-
triculo animantis, sed hæc illi similis
est. Sic maturatio fructuum & matu-

ratio puris ἀναλογίᾳ conueniunt. Πρὸς ἐν
est substantia, cum prædicatur de for-
ma, de materia & de composito ex v-
troque: & ens, cum dicitur de sub-
stantia & accidente.

FORTVNATVS CRELLIVS

Hic quondam Philosophus Heidel-
bergensis, Auerrois & Zabarellæ stu-
diosissimus libr. primo Introductionis
in organō distinctionem generis in v-
niuocum & analogicum comprobat.

*Diuisio, inquit, substantiæ in primam & se-
cundam est diuisio generis in suas species, non
quidem vniuoci sed analogici. Per ἀναλογι-
κὸν autem cum Latinis Philosophis
plerisque intelligit Ad vnum & Ab v-
no. Et paulo post: substantia, quæ sum-
mum huius prædicamenti genus est, ge-
nus analogicum est primarum & secundarū
substantiarum. Hinc sic potest concludi:
Substantia non est genus vniuocum:
Crell. Substantia est genus summum:
Melanth. Ergo quoddam genus sum-
mum non est vniuocum.*

THEODORVS ZVINGERVS BASILIEN-
sis, Medicus & Philosophus.

Hic quoque præter accuratum per-
fectum

fectumque genus, quod simpliciter absoluteque genus & uniuocum est, agnoscit genus quodammodo uniuocum, ideoque quodammodo homonymum. In tabulis ethicis pagi. 248. lib. 8. *Habet virtus qualibet sub se species differentes, quarum tamen alteri magis, alteri minus generis communicatio videtur conuenire, ut in Metaphysicis ens magis de substantia quam de accidente dicitur.* Idem cum Aristotele species amicitiae facit honestam, utilem & iucundam, etsi honesta, perfecta, propria & vera sit, reliquae impropriae, imperfectae, & per similitudinem fere tantum amicitiae cap. 5. pag. 252.

PAVLVS SONCINAS LIB.

12. *Metaphys. quaest. 47.*) & Matthias Aquarius Scholasticus Doctores.

Matthias etiam Aquarius Professor in Gymnasio Romano in dilucidationibus *Metaphys.* cum Soncinate distinguit inter genus logicum & physicum. pag. 522. & ait ex Soncinate sic. *Genus logicum sumitur ab unitate alicuius intentionis seu conceptus, cui correspondet na*

tura diuisibilis differentiis formalibus. Intellectus enim primo uno actu apprehendens rationem substantia & postea formas alium conceptum actu reflexo, (quo conceptu apprehendit naturam substantia, uniformiter dici de omnibus substantiis quia omnes uniformiter per se subsistunt, cum nulla sit in alio sicut in subiecto) dicit, omnes substantias esse eiusdem generis: physicum vero ex unitate potentia aut materia sumitur, & quia omnibus formis generabilibus correspondet eadem potentia scilicet materia privationi subiecta, ideo dicit, omnes eas formas esse eiusdem generis. Et accipio, inquit Soncinas per genus physicum non tantum naturas, quas considerat naturalis philosophus, sed etiam quas contemplatur Metaphysicus, ut tantum sit dicere genus physicum, ac si diceretur Genus Reale.

Ait, uniuocationē & unitatē logicā cū diuersitate physica esse posse: corruptibile & incorruptibile differre genere physico, ppter materiā: nō differre logico (propter aliquā rationē communem) & c. utitur hoc enthymemate. Corruptibile & incorruptibile habent aliquod commune prædicabile

bile de iis in quid, puta substantiam.
 Ergo sunt idem genere logico. libr. 7.
 quæst. 40. ait *Aliquod est genus tantum lo-
 gicum & non physicum, quia nomen ipsum
 non dicit unam naturam, cui conveniat esse
 unius rationis, sed tantum dicit unam ratio-
 nem ex parte intellectus, sed natura corre-
 spondens huic rationi, habet esse diversarum
 rationū in re, & hoc modo corpus est genus ad
 corruptibilia & incorruptibilia. Sed τὸ σωμα-
 τικόν (corporeitatem barbare vocat) in
 corruptibilibus habet esse corruptibile: in cæ-
 lo autem habet esse incorruptibile & ideo meta-
 physicus, qui considerat naturas rerū dicit cor-
 ruptibile & incorruptibile differre plusquam
 genere. 10. Metaph. vide pag. 158.*

Idem dicit: Deum non convenire
 cum materialibus substantiis neque
 Secundum genus naturale neque Se-
 cundum genus logicum. At convenit
 tamen cum immaterialibus: quia De-
 us & mentes sunt ἐντελέχεια seu actus
 seu οὐτὰ ἀπλῶς seu res simplices. Ac
 licet non conveniat cum materiali-
 bus in propinquo, convenit tamen in
 remoto genere & ratione formalisub-
 stantiæ, quæ est per se subsistere. Et si
 Ioannes

Ioannes Bachonus, sectatorū Auenrois princeps, Deo genus analogum tribuendum putet, quod ad λογικόν reducitur.

Mathias Aquarius etiā genus duplex facit, uniuocum & analogū pag. 356, in dilucidationibus in 12. li b. 1. Philosophi. Aristotelis. *In hac, inquit, propositione, substantia est prior tempore omni accidente, non accipitur substantia ut est genus uniuocum, sed ut est analogum, sub quo continetur Deus. Quia nec accidens est genus uniuocum, sed analogum, alioqui prædicamenta non essent genera generalissima. Sic arguit.*

Genera generalissima non sunt uniuoca.

Genera generalissima sunt genera.

Ergo quedam genera non sunt uniuoca.

Idem inquit. pag. 276. Ens prædicatur Deo & de aliis rebus nec æquiuoce: nec uniuoce, sed analogice. Deus igitur est species entis analogica.

THOMAS AQUINAS.

Hic scholasticus D. acutissimus agnoscit differētiam inter genus physicum & logicum. Eadē genere Physico esse dicit, quæ habent eandem materi-

materiam, circa quã quia potest fieri trãsmutatio, iccirco genus physicum dicitur. Logico vero quæ in aliqua communi conueniunt ratione. Dicit etiam, quod aliquoties iam dictũ est corruptibile & incorruptibile differre genere physico, nõ differre logico.

ARCHANGELVS MERCENARIVS

Distinctionem inter physicum & logicum genus approbat in dilucidationibus pag. 81. genus analogum seu *τὸ ἴδιον* habet pag. 83. *Materia* inquit, est quoddam genus commune analogum seu ab uno & ad unum sub quo materia cœli & materia inferiorum continentur ut dicere videtur Aristoteles 2. de generatione contextu. 51. ubi inquit, sunt genere eadem principia, quæ & in sempiternis & in corruptibilibus. Hoc enim ut materia, illud autem ut forma, tertium ut agens. Vnde materia cœli & inferiorum ita sub uno communi genere cõtinetur, ut forma & efficiens. Certum autem est quod forma & efficiens perpetuorum & generabilium non conueniunt genere uniuoco, sed analogo. Ergo & materia cœli & materia inferiorum ita sub communi analogo continentur

BENEDICTVS PERERIVS.

Hic quoque philosophus & Theologus, sæpe allatis distinctiõibus vtitur. Libro 7. cap. 17. phys. ait, *res corruptibiles & incorruptibiles vno genere physico comprehendendi non posse.* Libro. 5. de materia. cap. 10. ait. *Aristot. libro 2. de generatione, textu 51. nomine generis intelligit genus analogũ.* (quod Aristoteli est id quod dicitur ab vno & ad vnũ) *hoc est secundum proportionem. Nam est in cælo aliquo modo materia, priuatio, forma & efficiens similiter vt in rebus sublunaribus.* Idem statuit corpus naturale logice loquẽdo dici vniuoce de cælo & rebus sublunaribus: analogice vero, loquendo physice lib. 2. de philosophia naturali.

P. FONSECA.

Nec hic veretur communia ^{apud} ~~er~~, quæ vocat cum aliis multis analogis (improprie vt sentiunt Zabarella & Schegkius) ad genera reuocare. Institut. logic. lib. 1. cap. 26. *Nomen commune seu vniuersale est quod eadem ratione de pluribus predicatur vt homo.* Verbis eadem Ratione analogis quodammodo comprehenduntur, quatenus eadem quodammodo ratione pluribus con-

ueniunt. Id quod in causa est, vt apud Aristotelem pleraque analogata tum communiatum vniuersalia dicantur 1. de partibus animalium in fine, 3. Metaphys. 3. 10. Metaphys. 4.

Lib. 7. cap. 8.

Analogi quæstio ad quæstionem generis reuocatur.

Lib. 4. cap. 6.

Ad diuisiones generis in species & specierum in indiuidua reuocantur diuisiones quorundam analogorum, vt Accidentium alia sunt quantitates, alia qualitates, alia relationes, alia extrinsecus adiacent. Nam etsi eiusmodi analogata non prædicantur vt genera aut species de membris diuidentibus, tamen proxime ad generis aut speciei prædicationem accedunt (Itaque ad essentialem prædicationem reuocantur.) Cum dicit hic Fonseca, analogata non prædicari vt genera, intelligit perfecte omninoque synonyma, seu absolute genera. Nam quis nescit substantiam & accidens vt quantitatem, qualitatem, a logicis plerisque vocari summa genera? Et ipse Fonseca subiungit. Sic nomen accidens accipitur quod in nouem accidentium

Suprema genera diuiditur. Et cap. 3. de genere lib. 1. summū genus dicitur ea res, quæ cum sit genus non etiam est species ut substantia, qualitas.

Fonseca in Metaph 5. Quæst. 1. sect. 1. *Analogæ eiusdem quodammodo rationis dici possunt. Itaque interdum vniuersalia dicuntur non alia de causa, quia veris vniuersalibus sunt similia, imo interdum eis ita affinia sunt, ut vix ab ijs discerni possint. Et alibi, cum Aristoteles dicit, Quare & entis quotquot sunt species, vnius scientiæ genere est, & specierum species contemplari, nomine GENERIS intelligendum est, quicquid communi aliqua ratione de multis dicitur etiã si analogum sit. Audis hic ens consequens latissimum & amplissimum, nempe omnium rerum, quod Transcendens alias dicitur, genus dici. Etsi non sit pure synonymum, sed commune, τὸ ἐν quod latini analogum dicere cōsueuissse sepiuscule diximus. Ex Aristotelis 1. Physic. lib. 3. Ens γένος πρότων τινα, id est genus quodammodo vocari potest. Fonseca lib. 5. Metaphys. cap. 8. quæst. 1. Loco Aristotelis 10. Metaph:*

taph. Id quod est mensura omnium, quæ sunt in aliquo genere, est aliquid illius generis dici potest: nomen generis nõ accipi presse, sed late, vt analogica etiam complectatur.

GVILIELMVS HILDENIVS.

In hoc quoq; Aristotelei organi interprete distinctio generis veri & analogica synonymi pfecti & impfecti occurrit. *Verum est ὁμοεισις, id est equaliter conuenit omnibus speciebus in categor. Substantiæ pag. 120. Analogum cum in vno aliquo toto ἀναλογία seu actus & potētia seu τὸ καθ' αὐτὸ καὶ ἄλλο (eius q̄ est per se & p̄ aliud) τὸ πρῶτον καὶ ὕστερον (prioris & posterioris) conspicitur. In Topic. 1. cap. 11. pag. 56 In categor. Aristotelis cap. de qualitate pag. 175. inquit. Hoc certum est ὁμωνυμίαν non esse in speciebus qualitatibus. At nec συνωνυμία perfecta est inter qualitates & eius species cum primo quidem de prima, & inde de reliquis speciebus nomen qualitatibus dicatur. Analogica est hæc vocabulorum significatio seu ab vna quapiam causa dependens, seu ad vnā causam relata.* Hic Hildenius commune ad vnum vel commune ab vno genus vocat sci-

licet analogum & quæ continentur sub illo species scilicet analogicæ, quarum quædam conuenientia est in natura vna generica.

I O A N N E S B A P T I S T A

Monlorius Valentinus Canonicus Oriolanus.

Hic vir tersissime & doctissime tractauit quæstionem de vniuersalibus. In ea tractatione distinguit inter genus verum seu proprium seu verum vniuersum & comune: & genus seu vniuersum aliqua tantum ex parte, cuiusmodi sunt quæ dicuntur habere prius & posterius, vbi secundum p̄cedet ex primo, tertium ex secūdo, & ita deinceps posterius ex priore, adeo vt sine priore posterius constare non possit. Ita binarius & ternarius dicuntur species numeri (vocant species analogas, quia proportione cōueniunt: & numerus dicitur esse genus binarii & ternarii. Genus proprium Monlorio est quod significat vnā naturam & essentiam, & habet vnā definitionem essentialē & accuratam seu absolutam. Genus vero aliqua ex parte quod habet
com

communem aliquam rationem rudē
ac imperfectam, seu definitionem mi-
nime accuratam, hoc est, descriptio-
nem aliquam. Vide pag. 479. & seqq.
pag. 640. locus memorabilis est hic.
Infinitum in magnitudine, motu, tē-
pore, nō est proprium genus, sed quoni-
am habet similitudinem generis, pro-
pterea genus vocatur quod vulgo di-
citur genus logicum, quod aliquo mo-
do ei conueniat definitio generis a lo-
gico tradita. Tale genus Aristoteli esse
animam animæ vegetantis sentientis
& intelligentis idem statuit, quod pri-
ma sit anima vegetans, secunda senti-
ens, quæ sine vegetante constare non
potest: tertia intelligens quæ & vege-
tante & sentiente indiget, &c. nec a-
nima significet vnā naturā & essen-
tiam omnibus æque communem. Pro-
prium enim genus significat vnā na-
turam & essentiam certam & propriā
ratione distinctam a natura priuata
cuiusq; speciei, quam omnibus formis
ex æquo impertit, quamq; habet vel
in vna specie totam & integram, etiā si
omnes aliæ auferantur species. In iis,

in quibus est prius & posterius figurā quoq; numerat, quam tamen trianguli, quadranguli circuli vt specierū genus appellare consueuimus.

*Ad Hildeni
distinctionē.*

Distinctionis huius necessitas hinc apparet: quod sine ea multa Aristotelis loca recte explicari non possint. Exemplo hoc ostendam. Aristoteles ait in organo ca. de Qual. *Qualitatem esse ἐκ τῶν πλεοναχῶς λεγόμενων*, id est, *ex eorum numero quae multis modis dicuntur*: Et tamen *quatuor qualitatis species facit*, (quas & modos appellat) Ait enim, *ἐν μέρει ἔν ειδος ποιότητος ἕξις καὶ διάθεσις λεγέσθωσαν*, id est, *Vna quidem species qualitatis habitus & dispositio dicantur*: Et *naturalem potentiam ac impotentiam secundum, passionem & patibilem qualitatem tertium, figuram & formam quartum γένος qualitatis appellat*. Qualitas igitur genus est aliquo modo homonymum, quod secundum prius & posterius de subiectis ipsi praedicatur. Idem Aristoteles lib. 4. Topic. loco 33. inquit: *Neque bonum neque malum sub genere quodam est, sed utrumq; ipsorum est genus*. Hic proprios & vernaculos entis modos (quae
Trans-

Transcendentia dici solent) Aristoteles genera vocat, cum. i. Ethic. neget bonorum esse communem Ideam, quod bonum secundum prius & posterius de multis dicitur & intelligatur. Prophyrius in Isagoge Substantiam vocat γενος γενικώτατον, id est, genus generalissimum seu communissimum. Sed Scegkius ex Topicis Aristotelis substantiam genus esse negat, quod prædicetur in Quid secundum prius & posterius, de materia, forma & composito. Hic conciliatio fieri non potest, nisi adhibeatur distinctio Generis, vel dicatur, Porphyrium locutum esse Platonice, Schegkium Aristotelice. Huc accedit quod, sequentia exempla ad nullum locum inuentionis referri possunt, si non teneatur allata generis distinctio: *Habitus est: Ergo qualitas est. Homo est: Ergo substantia est. Omnis demonstratio habet propositiones necessarias: Ergo etiam demonstratio ὅτι. Pluribus utilitatem huius διακρίσεως ostendi alibi.* Quod igitur reliquum est, agamus. Duarum quæstionum explicatio huc pertinet. Prima est: *Quæ dicuntur secundum prius & posterius, seu ut loquitur Sca-*

Quæstio. I.

K

liger, sub proportione prioris & posterioris. (quidam e Scholasticis nostris vocant Analoga secundum propriam proportionem) hac igitur cum sint media seu interiecta inter uniuoca & equiuoca, potiusne sunt uniuocis, an equiuocis annumeranda? Respōsio. Non ego (quia fortasse me assensione tua dignum non putas) sed lectissima ingenia censent maiorem habere affinitatem cum uniuocis, sicut & nonnunquam ab Aristotele vocantur uniuoca, vt 2. *Metaphys. I. cap.* Verum dicitur *συνώνυμον*, id est, uniuocum. Ratio huius sententiæ non est aspernāda. Quia pene omnes uniuocorum cōditiones in differendo subeunt: Quod particulatim sic explicatur. I. Efficiunt veram contradictionem. II. Distribuuntur simpliciter & absolute pro omnibus significatis. III. Assumuntur vt media in veris syllogismis, atque adeo in demonstrationibus *διότι*, id est per naturam analogicam tanquam adæquatam potest aliquid primo demonstrari. *Aristoteles 2. poster. cap. 16.* Nihil horum præstari potest per æquiuoca. Quando igitur


gitur sic argumentaris: *Essentia conuenit* *Obiectio*
Deo & creaturis æquiuoce: Ergo non potest *quorundam.*
dari essentia loco generis. Antecedens sim-
 pliciter intellectum non admitto:
 Quia essentia cum uniuoco habet ma- *Solutio.*
 iorem cognationem, & proxime ad
 generis communitatem accedit, &
 ita creatura & Deus sunt τὰυτὸ quo-
 dammodo (Scotus qui omnes conce-
 ptus communes Deo & creaturis esse
 uniuocos: Et Gregorius Ariminensis
 & Gabriel. i. *sentent.* qui ἁρμόδιον dici uni-
 uoce de Deo & creaturis statuerunt,
 omnino negant antecedens.)


Secunda quæstio est, *Annon contradi-*
ctionem implicet dicere aliquid esse genus a- *Quæstio. II.*
nalogicum? Si quis dicit Genus esse ana-
 logum, oppositum in adiecto videtur
 dicere: ut cum dicimus ferreum lignū
 vel ferrum ligneum aut animal mor-
 tuum esse: Imo, *obijcit non nemo*, quādo
 genus dicitur analogicum, non tantū
 oppositum subiectum prædicato si-
 gnificatur, sed præterea etiam in defi-
 nitione prædicati nullo modo inclu-
 ditur subiectum, cum causa generis
 multa τὰυτὸ seu idem quid dicuntur

esse, sed ratione analogiæ τοῖς τα, id est talia. Itaq; Analogum vnum est, quo multa dicuntur esse aliquid vnū propter vnitatem similitudinis, qua τοῖς τα non ταῦτα quædam esse dicimus. At genus significat vnitatem essentiæ. *Resp.* Iacobi hæc Schegkii obiectio est, quia analogum in speciali significatione accipit. Nos cum dicimus genus analogum, accipimus (*pace eius id fiat*) vocem cum aliis philosophis pro cōmuni, quod vnum aliquid primo seu principaliter significat, quod *ὁ εἶς ἐν* dicitur. Sic Scalig. *exercitat. 359. sect. 14. Mentis illa tametsi non sunt sub genere* (intelligit genus absolute seu simpliciter dictū, vt etiam cum dicit, *Intelligentiarum* prioritas non est generica) *Tamen communionem cuiusdam conceptionis vnius nature participes videntur* (Intelligit genus analogum) Nam paulo post ait: Nihil de intelligentiis prædicatur vniuoce neq; æquiuoce, sed sub proportionem prioris & posterioris propter ordinem a prima & ad primam, vt scribit Auenroes in 4. *paraph. suæ 1. philosoph.* ? Analogica igitur conuenientia

entia duplex est: Vna in qualitate: Altera in substantia, quæ cōsistit in vni-
tate alicuius naturæ, quæ vnus eius-
demq; quodammodo (non omnino)
rationis est. Et sic quæ ἀλογία hac
de qua nunc agimus, conueniunt ac
consentiunt, nō sunt simpliciter ταῦ-
τα, nec simpliciter τοῖς, sed mediæ
inter hæc naturæ. Quæ subtili-
tatum magistris accuratius
disputanda relinqui-
mus.

F I N I S.







111
h 7
h

AB 44 ¹⁴/_{h 7}
(X 220 2071)

sb.





ensio

OPHICA

NTISSIMI

olphi Goclenii,

s Logici,

in Hofmannum.

DAMEIVS

collecta.

T EDITA

GVMPELLIO

nsi.

so

osophum quam

a.

allum Bibliopolam.

hresti

CVII.